MASTER
NEGATIVE
NO. 92-81106-13

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

ZELLE, HANS

TITLE:

DE COMOEDIARUM GRAECORUM SAECULO...

PLACE:

HALIS SAXONUM

DATE:

1892

Master Negative #.

92-81106-13

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

880.121 Zelle, Hans 1859-
Z De comoediarum Graecarum saeculo quinto ante christum natum actarum temporibus definiendis.
Halis Saxonum 1892. O. 59+2, p.
Doctor's dissertation at Wittenburg (Ger.) university.
No. 8 of a volume of pamphlets

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 2-22-93 INITIALS JA
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT



Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202



Centimeter

Inches



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.



1624
7—

No. 8

De

comoediarum Graecarum saeculo quinto ante christum natum actarum temporibus definiendis.

Dissertatio inauguralis philologica

quam

ad summos in philosophia honores

ab

amplissimo philosophorum ordine

in

Universitate Fridericiana Halensi

cum Vitebergensi

consociata

rite capessendos

a MDCCCXCII

scripsit

Joannes Zelle

Greifenbergensis.

Halis Saxonum,

Formis Kaemmererianis

MDCCCXCII.

Patris optimi

Manibus

Sacrum.

De temporibus earum comoediarum, quae quinto saeculo in scenam commissae sunt, hoc loco agere mihi proposui. Neque enim inutile videtur statuere, quid de fastis comicis illius aetatis sciri possit. Nam viros doctos parum cautos fuisse in temporibus definiendis arbitror. Atque ipse quamquam novi haud multum invenisse mihi videor, tamen timeo, ne audacior fuerim in coniciendo. Nam perpauca certo definiri posse mihi persuasum est.

Cum de fabulis, quae ante annum 431 actae sunt, propter exiguitatem fontium nihil fere sciri posse appareat, summa huius dissertationis versabitur in temporibus earum fabularum, quae aetate belli Peloponnesiaci in scenam prodierunt, indagandis.

Iam dubium non est, quin quinto saeculo quotannis ternae comoediae Lenaeis, ternae Magnis Dionysiis actae sint. Quod si quaerimus, quo anno comoediae primum publicis sumptibus in scenam commissae sint, et ex Aristotelis testimonio et ex inscriptionibus[1]) cognoscimus hoc non multo ante annum 458 factum esse. Atque mihi quidem persuasum est et Dionysiis et Lenaeis ex eodem tempore comoedias publicis sumptibus actas esse, quamquam Bergkius Rh. Mus. 34, p. 301 sqq. contendit ad Dionysia serius comoedias admissas esse causis idoneis non allatis[2]). Quaeritur iam, qui poëtae illas fere ducentas comoedias, quas ante bellum Pelo-

[1]) Aristot Poët, 5 *καὶ γὰρ χορὸν κωμῳδιῶν ὀψέποτε ὁ ἄρχων ἔδωκεν* 3 *ἐκεῖθεν (ἐκ Σικελίας) γὰρ ἦν Ἐπίχαρμος ὁ ποιητὴς πολλῷ πρότερος ὢν Χιωνίδου καὶ Μάγνητος.* C. J. A. 971 a. cf. Müller: Die griech. Bühnenaltertümer p. 313, 314.

[2]) Koehlerus eam inscriptionem (C.J.A. 971a), qua Magnes una cum Pericle et Aeschylo commemoratur, ad Dionysia pertinere demonstravit.

ponnesiacum actas esse ratiocinatione efficimus, in scenam commiserint. Neque enim magnus numerus poëtarum, qui illis temporibus docuerint, nobis notus est. Aliquot autem nomina poëtarum non modo scriptorum testimoniis, sed etiam inscriptionibus servata sunt. In eis enim fragmentis, quae anno 1878 sqq. prope arcem Atheniensium inventa sunt, et lenaicarum et urbanarum victoriarum indices latere Koehlerus cognovit (C. J. A II, 2, 977). Ex his fragmentis id, quod Koehlerus primo loco posuit, ad nostram causam summi est momenti. Est a tribus partibus fractum, a parte superiore cymatium servat, initium capit ab his litteris.

Α . . . ΓΩΝ
ΩΝ
ΕΝΟΦΙΛΟΣΙ

Litterae A in primo et E in tertio versu sunt mutilatae. Sequuntur deinde haec nomina comicorum cum numeris:

Τηλεκλείδης Π
Ἀριστομένης ||
Κρατῖνος |||
Φερεκράτης ||
Ἕρμιππος ||||
Φρύνιχος ||
Μύρτιλος |
(Εὔ) πολις |||.

Ex primis versibus, quibus titulus huius indicis continebatur, paucae litterae suspersunt. Sequitur nomen Xenophili, quod plane ignotum est. Quare Bergkius ut tempus totius indicis definiat, ad nomine Eupolidis et Cratini progreditur. Eupolis autem secundum anon. de com. XXIX anno a chr. 429 fabulas docere coepit atque paulo post fortasse primum vicit. Ante eum viginti victoriae enumerantur, quarum nonnullae post primam ipsius partae esse possunt Quare Bergkius initium huius indicis ponit circa annum a. chr. 443[3])

[3]) Idem ex Cratini nomine concludit. Sed ea, quae anon. (Dübner p. XIV, III, 26) de Cratini prima victoria tradit, satis obscura sunt. Exstant enim apud anon. haec verba: „*Κρατῖνος Ἀθηναῖος νικᾷ*

(Rhein. Mus. 34 p. 301 sqq.). Inde quod hic catalogus ab hoc demum anno initium capere videtur, Bergkius concludit hic urbanas victorias enumerari. Sed iam supra vidimus parum probabile esse non iam antea ad Dionysia Magna chorum ab archonte datum esse. Neque tamen credibile est auctorem huius monumenti priores poëtarum victorias prorsus omisisse.

Cuius difficultatis explicandae via a Koehlero monstratur, qui recte observavit totius indicis titulum longiorem fuisse quam primam nominum columnam. Itaque anno 1878 unam columnam amissam esse suspicatus est; in corpore vero inscriptionum postea hoc modo titulum mutilatum supplevit

ἀνα] *γραφὴ τῶν*
κωμῳδῶν

neque quicquam de columna amissa addidit. Tamen initio recte iudicasse mihi videtur. In columna enim amissa nomina Magnetis, Ecphantidis atque fortasse etiam Cratetis fuisse puto. Nam quamquam Cratetem Cratino minorem fuisse ipso Aristophanis testimonio constat, (Equ. 525-540) tamen fieri poterat, ut aut Dionysiis Magnis aut Lenaeis ille ante hunc primam victoriam assequeretur. Undecim igitur nomina poëtarum prorsus ignotorum excidisse videntur[4]). Ex eis autem, quae supra disputavi, cognoscitur nos, etiamsi hoc testimonium non haberemus, facere non potuisse, quin nomina haud paucorum poëtarum oblivioni data esse crederemus. Videmus igitur ab eo tempore, quo comicis chorus datus est, usque ad initium belli Peloponnesiaci viginti fere poetas docuisse. Hic numerus apte quadrat in numerum fabularum illa aetate actarum, quem supra statuimus.

μετὰ τὴν πέ ὀλυμπιάδα. Quae corrupta esse apparet. Neque enim tempus alicuius victoriae ita definiri potest, ut solus terminus, post quem facta sit, indicetur. Apparet igitur ex loco tam corrupto nihil disci posse.

[4]) De indice hoc addendum est adhuc certo definiri non posse, utrum ad Magna Dionysia an ad Lenaea pertinuerit. Si Bergkius p. 311 C. J. G. 230 recte ad Anaxandridam rettulit, hic catalogus ad Dionysia pertinet.

Antiquissimorum poëtarum, cum paucas reliquias easque incertas habeamus, fabularum tempora definiri non posse apparet. Neque Cratetis, qui quamquam aetate minor erat, tamen ante Cratinum vicisse videtur, ullius fabulae tempus definiri potest. Aetas eius a medio quinto saeculo usque ad primos belli Peloponnesiaci annos pertinuisse videtur. Nam Eusebius *ἀκμὴν* eius ponit in ol. 82, 4 (447 a chr.); mortuus autem est ante a. 424 (Meineke I, Hist. crit. 59). Maior igitur numerus fabularum eius ante bellum Peloponnesiacum scriptus est.

Primus post Xenophilum in indice nostro est Teleclides, quem quinquies uno eodemque festo vicisse non sine admiratione legimus. Apud anon. enim XXXIV. (Dübner p. XVII.) ubi numeri fabularum a singulis poëtis scriptarum traduntur, Teleclidi sex fabulae adscribuntur, fragmenta vero quinque fabularum servata sunt. At incredibile est eum, qui quinquies aut Magnis Dionysiis aut Lenaeis vicit, sex tantummodo fabulas scripsisse. Quare cum inscriptionibus magis credendum sit, quam grammaticorum testimoniis haud paucarum fabularum eius memoriam prorsus abolitam esse statuendum erit.

Ea vero, quae Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff (Observ. crit. in com. Graec. selectae Berol. 1870) de aetate eius scripsit (p. 26), hac inscriptione refutantur. Is enim, quascunque Teleclides scripsit fabulas, inter a. 430 et 420 actas esse censuit. Hac vero inscriptione eum iam circa annum 440 victorias assecutum esse cognoscimus. Sed definiri non potest, num ex iis fabulis, quarum fragmenta nobis tradita sunt, nonnullae ante initium belli actae sint. De tempore mortis eius nihil audimus; veri autem simile est eum post annum 420 fabulas non scripsisse.

Sequitur Aristomenes, qui duas victorias sibi comparavit. Aristomenes autem a. 424 cum Aristophane certavit Lignatoribus (*ὑλοφόροις*), a. 389 Admeto. Quare Bergkius cum huic poëtae tam longam vitam obtigisse non putet, duos Aristomenes fuisse statuit, quae coniectura etsi haud absurda est,

tamen fieri poterat, ut idem vicenarius circa annum 440 et septuagenarius circa a. 390 comoedias doceret.[5]) Huius poëtae autem paucarum fabularum fragmenta exstant, quarum tempora definire non licet.

Tandem ad Cratinum pervenimus qui anno fere 438 eo, qui hic commemoratur, die festo primum vicit. Sed cum eum iam multo antea fabulas in scenam commisisse constet, casu videtur factum esse, ut hoc festo sero primam victoriam adipisceretur.

Fragmenta vel tituli viginti quattuor fabularum eius nobis servati sunt. Harum quinque belli Peloponnesiaci temporibus actas esse postea demonstrabitur, ceterae sine dubio maximam partem antea in scenam commissae sunt, sed paucarum tempus accuratius definire viris doctis contigit. Paulo post Cimonis mortem Archilochi acta videtur (Bergk. Rel. com. Att. 20) neque dubium est, quin Thressae, qua fabula peregrinorum deorum cultum perstrinxisse videtur, statim post Thucydidis, Melesiae filii, ostracismum docta sit. Neque male Bergkius (l. l. p. 142) et Cobetus (Observationes criticae in Platonis comici reliquias p. 18) coniecerunt *Ὀδυσσῆς* propter argumenti simplicitatem eis temporibus actam esse, quibus comoediae libertas legibus coërcita erat (440—437). Ea tamen, quae Cobetus (p. 24 sqq.) de tempore Chironum ex duobus huius fabulae versibus concludit, incertissima sunt. Neque ea, quae viri docti ex Lamponis mentione de tempore Feminarum fugitivarum collegerunt, stare posse Leo (Mus. Rhen. 33 p. 408) luculentissimis rationibus demonstravit. De anno mortis huius poëtae postea nobis dicendum erit.

Pherecrates, cuius nomen in hoc indice sequitur, ab anonymo duodeviginti, a Suida sedecim fabulas in scenam commisisse dicitur. Servata autem sunt fragmenta vel tituli duodeviginti fabularum, ex quibus quinque iam antiquis criticis spuriae videbantur. Ex harum numero duas eius comoedias bello Peloponnesio actas esse videbimus, ceteras magnam partem

[5]) Eandem sententiam Denis „La comédie grecque“ I, p. 236 adn. profert.

ad priora tempora referendas esse consentaneum videtur. Pherecrates enim, si Dobraeus recte coniecit apud anon. de com. (Dübner p. XV) pro „ἐπὶ Θεάτρου“ „ἐπὶ Θεοδώρου“ scribendum esse, iam a. 438 vicit Neque ullum vestigium exstat, quo indicetur eum etiam altera parte belli fabulas docuisse[6]).

Hermippi porro, cui Suidas numerum quadraginta fabularum adscribit, novem comoediarum fragmenta relicta sunt, ex quibus quattuor post initium belli in scenam prodierunt. De ceterarum temporibus nihil certi proferri potest, sed veri simile est eum ante bellum haud paucas fabulas docuisse. Nam anno 432 poëtam iam satis magna auctoritate floruisse inde colligitur, quod illo anno Aspasiam in ius vocavit (Plut. Pericl. 32) Quo autem tempore obierit, non constat.

Restant in hac indicis columna nomina Phrynichi, Myrtili, Eupolidis, qui ante bellum docuisse non videntur. Itaque iam licet ad tempora earum fabularum definienda transire, quae aetate belli actae sunt.

Ab anno 431 ad annum 405 (hoc enim temporis spatium tractabimus) centum sexaginta duae comoediae in scenam commissae sunt. Ex hoc numero undetriginta fabularum tempora reliquiis didascaliarum nobis tradita sunt, ad cetera definienda et fragmenta fabularum amissarum et Aristophanis, quae manserunt, comoediae nobis adhibendae sunt. Saepe enim Aristophanes aliorum comicorum fabulas cum invidia commemorat.

Atque difficile est hanc satis magnam materiam apte dividere. Neque enim res ita institui potest, ut singulorum poëtarum fabulas deinceps tractemus. Nam saepissime tempora fabularum unius poëtae alterius comoediis non adhibitis definiri non possunt. Quare optimum erit Wilamowitzii

[6]) Denis (I, p. 203) Pherecratem usque ad annum 405 docuisse dicit causis non allatis. — De incertis eius fabulis hoc loco non agemus; nam quamquam eas belli aetate actas esse veri simile est (Athen. VI, 268e), tamen accuratiora sciri nequeunt.

rationem sequi, qui fabulas eo ordine enumerat, quo eas actas esse censet. Primum igitur dicemus de eis comoediis, quae ab anno 431 ad annum 421, deinde de eis, quae ab anno 420 ad annum 405 actae sunt.

Atque priusquam tempora fabularum inter annum 431 et annum 421 actarum definire conemur, eas fabulas enumeremus, quarum tempora ipsis didascaliarum fragmentis cognita habemus. Ex argumentis autem fabularum Aristophanis cognoscimus Lenaeis a. 425 Aristophanis Acharnenses, Cratini Homines tempestate vexatos (*Χειμαζομένους*) Eupolidis Novam Lunam (*Νουμηνίας*), Lenaeis a. 424 Aristophanis Equites, Cratini Satyros, Aristomenis Lignatores, Magnis Dionysiis a. 423 CratiniAmpullam, Amipsiae Connum, Aristophanis Nubes, Lenaeis a. 422 Philonidis Praeludium[7]), Aristophanis Vespas, Leuconis Legatos, Magnis denique Dionysiis anni 421 Eupolidis Adulatores, Aristophanis Pacem, Leuconis Phrateres actas esse.

Praeterea constat Daetalenses Aristophanis anno 427 doctam esse atque secundum locum obtinuisse (Anon. de com. XV, 50). Eiusdem poëtae Babylonii secundum Acharnensium versus 377, 502 (cum scholiis) Magnis Dionysiis a. 426 in scenam prodiit. Atque etiam Maricantis Eupolideae tempus ex scholiis Aristophaneis (Nub. 549) accepimus. Haec enim fabula Lenaeis a. 421 in scenam commissa est.

In temporibus earum fabularum, de quarum commissionibus nobis nihil traditum est, res ita instituenda videtur, ut fabulas ceterorum poëtarum ab Aristophaneis discernamus.

Primum igitur de eis comoediis aliorum poëtarum, quae actae sunt ante a. 425. deinde de Aristophanis fabulis, deinde de eis aliorum comicorum fabulis, quae ad annos 425 ad 421 referendae videntur, agemus. Ad harum enim fabularum tempora definienda comoediae Aristophaneae adhibendae sunt.

[7]) Postea de hac fabula dicendum erit. Neque enim satis constat, utrum Philonides ipsius fabulam, an Aristophanis Praeludium, cuius fragmenta exstant, in scenam commiserit.

Primis belli Peloponnesiaci annis Hermippi Parcas et Milites[8]), Cratini Nemesin actas esse fere omnes concedunt.

Cum autem Pericles in Cratini fabula Juppiter hospitalis appellatus sit, Wilamowitzius (p. 29) recte eam anno 429 actam esse censet. Neque enim male Zuendelius (Mein. V, p. XXXVI) coniecit Periclem ita nominatum esse, quod post mortem filiorum legitimorum illam de civitate legem tulisset. 430 Plut. Pericl. 37[9]).

Eodem anno Eupolidem et Phrynichum docuisse Anon. de com. (p. XV, 42 sqq.) tradit. *Εὔπολις Ἀθηναῖος ἐδίδαξεν ἐπὶ ἄρχοντος Ἀπολλοδώρου, ἐφ' οὗ καὶ Φρύνιχος*[10]). Non dubitat Wilamowitzius, quin hoc loco prima Eupolidis fabula indicetur; cur vero Phrynichus hoc loco ab anonymo nominetur, fatetur se nescire. Neque tamen mihi incredibile videtur Phrynichum eodem anno atque Eupolin primam fabulam docuisse In eo enim, de quo, diximus, victoriarum indice, Phrynichus duobus locis ante Eupolin nominatur. Quae tamen eius fabula hoc anno acta sit, non constat; multarum enim eius fabularum fragmenta habemus, quarum tempora definiri iam non possunt. Eupolidis

[8]) Cum eidem versus ex Hermippi Militibus et ex eiusdem Parcis citentur (K. 47. Athen. 15, 668a. K. 56 Schol. Arist. Pac. 1242), Bergkius (C. d. r. c. Gr. p. 322) conclusit Milites nihil esse nisi alteram Parcarum recensionem, quam coniecturam et Meinekius et Kockius et Wilamowitzius probaverunt. Nam vix credibile esse Hermippum in duas fabulas diversas eosdem anapaestos intulisse. Neque tamen ullam causam attulerunt, qua Parcas priorem esse fabulam colligatur. Nam versibus Hermippi qui apud Plutarchum (Pericl. 33) fabulae nomine non addito citantur, nihil demonstratur nisi Hermippum anno 430 fabulam scripsisse, qua Periclis cunctationem perstringeret. Itaque aut ad Parcas aut ad Milites eos referre licet, nisi aliis causis probari potest alteram ex his fabulis anno 430 actam esse.

[9]) Ad Aristophanis Aves 521 scholia haec adnotant. (Λάμπων) ἔζη δὲ ἐπὶ τῆς τῶν Ὀρνίθων διδασκαλίας, οὐχ, ὥς τινες, ἐτεθνήκει. πολλῷ γοῦν ὕστερον ἐν τῇ Νεμέσει Κρατῖνος οἶδεν αὐτὸν ζῶντα. Inde Zielinskius (Rhein. Mus. 39, 303) concludit Nemesin post annum 414 retractatam atque iterum actam esse, quae sententia demons rari non potest.

[10]) Errat Wilamowitzius, qui Apollodorum (p. 29) 428 archontem fuisse scribit.

vero plerarumque fabularum tempora non prorsus ignota sunt. Quaeramus igitur, num aut eam fabulam eius, quae hoc anno docta est, aut certe aliquam eius comoediam, quae hoc anno docta esse possit, enucleare queamus. Utrumque negat Wilamowitzius, qui sibi persuasit primae Eupolidis fabulae ne titulum quidem relictum esse. Neque dubium est, quin hoc fieri potuerit; *Νουμηνίας* enim Eupolidis solo Acharnensium argumento novimus, unde viri docti collegerunt eam ab Eupolide ipso deletam esse. Iam igitur denuo quaerendum est, num qua ex eis fabulis, quas ab Eupolide scriptas esse scimus, hoc anno agi potuerit. Inter primas autem eius fabulas *Ταξιάρχους* fuisse constat, qua Bacchus deus a Phormione, duce Atheniensium, militiam discens producebatur (Schol. ad. Arist. Pac. 347). Phormio, autem, vir militiae peritissimus, iam bello Samio praetor fuit (Thuc. I, 117, 2). Idem ante bellum Peloponnesiacum, cum legati Acarnanes ab Atheniensibus adversus Ambraciotas auxilium petivissent, in illas regiones missus est, ubi feliciter pugnavit (Thuc. II, 68). Quod quo anno factum sit, non constat. Paulo ante initium belli Peloponnesiaci in Chalcidicen praetor missus est (Thuc. I, 64, II, 29), ubi aestate anni 430 iam non versabatur (Thuc. II, 58, 3; III, 17, 2). Hieme anni 430/29 cum viginti navibus Naupactum missus sinum Crissaeum custodivit. Eiusdem anni aestate naves Peloponnesiorum bis vicit (Thuc. II, 80 sqq.). Deinde bello per hiemem 429/28 in Acarnania gesto vere anni 428 Athenas revertit. Praeterea apud Thucydidem de Phormione ipso nihil narratur, aestate vero anni 428 Acarnanes ab Atheniensibus petiverunt, ut sibi quendam de gente Phormionis mitterent, quibus obsecuti Atheniense Asopium Phormionis filium praetorem creaverunt (Thuc. III, 7).

Praeterea Androtio (schol. ad. Pac. 347) haec de Phormione in tertio libro Atticorum narraverat:

Ὁ Φορμίων δὲ οὗτος Ἀθηναῖος τῷ γένει, υἱὸς Ἀσωπίου, ὃς καθαρῶς στρατηγήσας πένης ἐγένετο. ἀτιμωθεὶς δὲ τῷ μὴ δύνασθαι τὰς ῥάμνους[11]) *τῆς εὐθύνης ἀποδοῦναι ἐν ἀγορᾷ*

[11]) Bergk. correxit *ρ μνᾶς*.

διέτριβεν, ἕως Ἀχαρνᾶνες στρατηγὸν αὐτὸν ᾔτουν, ὁ δὲ οὐχ ὑπήκουσε, φάσκων μὴ ἐξεῖναι τοῖς ἀτίμοις. ὁ δὲ δῆμος βουλόμενος λῦσαι τὴν ἀτιμίαν ἀπεμίσθωσεν αὐτὸν τῶν ῥάμνων[11]) τοῦ Διονυσίου, ὡς Ἀνδροτίων ἐν γ Ἀττικῶν.

Hanc narrationem, quam Boeckhius (apud Mein. II, 1, 528) optime explicavit, ad eam, de qua diximus legationem pertinere, sed a filio ad patrem clarissimum translatam esse Muellerus Strubingensis (Arist. und die histor. Kritik p. 678) et Wilamowitzius opinantur. Wilamowitzius enim sibi persuasit Phormionem anno 428 post victorias Acarnanes ab Atheniensibus minis damnatum esse, eodem autem anno Acarnanes, quod Phormio ipse aut morte aut morbo impeditus esset, aliquem de gente eius imperatorem petivisse. Quibus viris non possum non assentiri. Nam etsi Boeckhio concedendum est iam anno 430 Acarnanes habuisse, quod Phormionem imperatorem a populo Atheniensium peterent, tamen per temporum rationem haec sententia stare non potest. Thucydides enim narrat (II, 68) hieme Phormionem praetorem ab Atheniensibus in Acarnaniam missum esse, quo tempore Athenis comitia iam habita esse constat.

Eupolin autem Centurionibus effecisse Wilamowitzius putat, ut res a filio ad patrem clarissimum transferretur (Philol. Unters. I, p. 66). Meinekium enim secutus vir doctus poëtam hac fabula Phormionis restitutionem in scenam produxisse sibi persuasit. Quod si verum est, Centuriones anno 427 adscribenda est. Atque Wilamowitzius ipsis fabulae fragmentis hoc evincere studet. Fragmenta enim (K. 259 et K. 258) ad Phormionem pertinere censet. At fragmentum 259:

Εγώ δέ γε σιΐξω σε βελόναισιν τρισίν.

etiam a Phormione minaciter in Bacchum dici poterat. Fragmentum vero 258 ita traditum est (Bekker Anecd. 332, 11).

οὐ θᾶττον αὐτὴν δεῦρόμοι τῶν τοξοτῶν.
ἄγων ἀποκηρύξειτις. ὅτι ἂν ἁλφάνῃ.

Itaque nisi pro „αὐτὴν“ „αὐτὸν“ scribitur versus ad Phormionem referri non possunt. Atque haec verba ita, ut tradita sunt, Kockius optime explicavit. Dicit enim Phormionem imperare, ut scortum quoddam a Baccho in castra adductum venumdetur. Si autem haec fragmenta ad Phormionem non pertinent, non est, quod fragmentum incertum (318)[12]) ad illum referamus. Ex ipsis igitur fragmentis nihil demonstrari potest, nisi Bacchum a Phormione militiam didicisse. Itaque nihil de huius fabulae tempore constare videtur, nisi eam sine dubio primis belli Peloponnesiaci annis actam esse.

[11]) Bergk. correxit *ῥ μνῶν*.

Secundo loco in censum venit ea fabula Eupolidis, cui *Δῆγες* inscriptum est. Nam iam Meinekius (p. 116) et Bergkius (p. 332) cognoverunt eam non post a. 424 actam esse. Nam fragmento 19 (Hesych. s. v. *ἱερεὺς Διονύσου*. Schol. ran. 308) Hipponicus ob faciem rubicundam irridetur. Hipponicus enim, Calliae filius, Calliae pater, anno 424 in pugna ad Delium cecidit. Iam igitur constat fabulam inter annos 429 et 424 actam esse. In qua definitione ceteri acquiverunt, Wilamowitzius vero Capras a. 426 actam esse demonstrare studet et ad hanc rem adhibet fragmentum 7 (Athen. 3, 106b):

πλήν
ἅπαξ ποτ' ἐν Φαίακος ἔφαγον καρίδας.

Ex quo colligit fabulam anno 428 doceri nondum potuisse. Nam illo tempore Phaeacem minorem fuisse, quam qui domi hospites exciperet. Haec sententia nititur his versibus Aristophanis (Equ. 1375—77):

τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω τἄν τῷ μύρῳ.
ἃ σιωμυλεῖται τοιαδὶ καθήμενα.
σοφὸς γ' ὁ Φαίαξ δεξιῶς τ' οὐκ ἀπέθανεν.

At ex hoc loco nihil colligi posse mihi videtur nisi admiratores Phaeacis admodum adolescentes fuisse. Phaeax autem ipse iam duobus annis post Equitum commissionem legatus in Siciliam missus est (Thuc. V, 4, 5). Circa annum vero 418 iam sodalicio cuidam optimatium praeerat. (Plutarch. Alcib. 13). Nulla igitur causa est, cur Caprae 429 agi non potuerit.

[12]) *ἀλλ' ὥσπερ ἵππῳ μυὸπιβαλεῖς τρισίππιον.*

Quod Wilamowitzius eam nec anno 427 nec anno 425 adscripsit, propterea fecit, ne altero ex illis annis duae, anno 426 nulla Eupolidis fabula acta videretur. Neque tamen haec ratio satis certa est. Caprae igitur in scenam commissa est a. 429—424. Ipsum fabulae annum invenire non possumus neque iuvat incertis coniecturis indulgere.

Ante Pacem Niciae etiam ea fabula acta videtur, cui inscriptum est: *Ἀστράτευτοι ἢ Ἀνδρογύναι*, quamquam nihil certius de eius tempore proferri potest. Commemoratur autem Pisander, quem a bello ineunte ad annum 412 a comoediarum poëtis male habitum esse constat. Ipso vero titulo fabulae indicari videtur eam ad aetatem belli Archidamici potius pertinuisse quam ad tempora insequentia, quibus nec pax erat nec bellum gerebatur. Accuratiora Wilamowitzius sibi invenisse videtur. Apud Athenaeum enim 9, 397 c hi versus leguntur: *Εὔπολις δ' ἐν Ἀστρατεύτοις φησὶ περὶ αὐτοῦ* (de pavone) *οὕτως.*

μήποτε θρέψω
παρὰ Περσεφόνῃ τοιόνδε ταὼν.
ὃς τοὺς εὔδοντας ἐγείρει.

Deinde Athenaeus ex Antiphontis quadam oratione locum affert, quo Demum Pyrilampis filium pavones nutrivisse multosque ad spectandos hos aves Athenas venisse narrat. De Pyrilampis pavonibus etiam Plutarchus haec tradit: (Pericl. 13)

εἴς τε τὰς Πυριλάμπους ὀρνιθοτροφίας, ὃς ἑταῖρος ὢν Περικλέους αἰτίαν εἶχε ταὼνας ἐκθρέψαι ταῖς γυναιξίν, αἷς ὁ Περικλῆς ἐπλησίαζεν.

Ex his locis Wilamowitzius concludit Pyrilampem unum Athenis pavones aluisse. Et quoniam ex Plutarchi libro de genio Socratis (11 ed. Didot) Pyrilampem in pugna ad Delium vulneratum atque a Thebanis captum esse scimus, eum vulnere accepto verba ex Eupolidis Imbellibus tradita pronuntiare putat. Hanc fabulam ergo post a. 424 actam esse. At etiamsi conceditur haec esse Pyrilampis verba, tamen ea ab homine in bellum exituro quam a vulnerato proferri probabilius est. Nam *Ἀστράτευτοι* fabulae inscriptum est. Pronomen porro

τοιόνδε indicare videtur eum, qui haec dicit, ipsum illum pulcherrimum pavonem ante oculos habuisse. Itaque hoc fragmento ad tempus fabulae definiendum uti non licet[13]). Iam apparet ea, quae de prima Eupolidis fabula Wilamowitzius contendit, minime certa esse.

De Horis Cratini in scholiis ad Lucianum 46 ed. Jacob. haec traduntur:

Κρατῖνος ἐν Ὥραις ὡς παρελθόντος νέου τῷ βήματι μέμνηται (Hyperboli) *καὶ παῤ ἡλικίαν· καὶ Ἀριστοφάνης Σφηξὶ καὶ Εὔπολις Πόλεσιν.*

Inde Wilamowitzius concludit fabulam a. 427 aut 426 actam esse; cur vero annum 428 exceperit, postea se demonstraturum esse pollicetur, cui promisso tamen non stetit. Cum enim Hyperbolus anno 425 ab Aristophane primum commemoretur, Wilamowitzius eum non multo ante hoc tempus rem publicam capessivisse, praesertim vero Pericle vivo nihil molitum esse censet. Quam sententiam Kockius improbat Muelleri Strub. coniectura nixus. Is enim haud probabile ratus Athenis hominem novum admodum adolescentem ad rem publicam accessisse *καὶ παῤ ἡλικίαν* eiecit atque pro „*νέον*“ „*νέον*“ (nuper) scripsit (Arist. und die histor. Kritik p. 560 adn.) Postea (Fleckeisens Neue Jahrb. 1890 p. 513) accuratius de eadem re egit atque Horas anno 421 in scenam commissam esse contendit. Apud scholiastam enim Luciani Aristophanis Vespas pro Pace citatam esse, in Pace autem (vs. 680 sqq.)

---

[13]) Apud schol. ad. Arist. Av. 1556 haec traduntur:
ὡς Εὔπολις ἐν Ἀστρατεύτοις·
Πείσανδρος εἰς Πακτωλὸν ἐστρατεύετο
κἀνταῦθα τῆς στρατιᾶς κάκιστος ἦν ἀνήρ.
Cum neque unquam Athenienses expeditionem ad Pactolum susceperint neque in tali expeditione Pisander, vir auri cupidissimus, se pessimum, sed optimum praebiturus fuerit, Hanowius (Exer. critic. p. 317 sqq.) pro „*Πακτωλὸν*“ „*Σπαρτωλόν*“ scribit atque de expeditione Atheniensium anno 429 in Bottiaeam facta cogitat. Quodsi Eupolis hanc expeditionem dicit, fabulam eius non multo post actam esse apparet. Neque tamen hanc coniecturam, quamvis mihi placeat, certam esse affirmaverim.

Hyperbolum rostris potitum esse dici; quare dubium non esse, quin etiam in Horis Cratini et in Urbibus Eupolidis Hyperbolus ut *προστάτης τοῦ δήμου* inductus sit. Ante Cleonis mortem ei hunc titulum tribui non potuisse, has ergo fabulas anno 421 doctas esse.

At vide, quam incertis fundamentis tota haec argumentatio nitatur. Primum enim verba scholiastae mutanda sunt, deinde ei confusio duarum Aristophanis fabularum imputanda est, ut ea sententia, quae Muellero placet, eliciatur. Ac ne tum quidem locum ita interpretari licet, ut Muellero placet. *Προσέρχεσθαι τῷ βήματι* non significat „populo praeesse", sed „ad rem publicam accedere"[14]). Cum primae Hyperboli orationes in Vespis Aristophanis non commemorentur, nomen vero Hyperboli in ea fabula inveniatur (vs. 1007), et Aristophanis Vespas et Eupolidis Urbes neglegenter cum iis, quae praecedunt, coniuncta esse arbitror. Horas autem non multo post primam Hyperboli orationem hoc est a. 428—426 actam esse cum Wilamowitzio censeo.

Eisdem fere temporibus Meinekius (Hist. crit. p. 204) Amipsiae Fundam attribuit nixus fragmento III (K. 17), qua opinione falli non videtur.

Ex Phormophoris Hermippi Athenaeus (1, 27 e) magnum fragmentum servavit, quo enarratur, quae bona Bacchus navigans ex singulis urbibus et regionibus Atheniensibus attulerit:

ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
ἐξ οὗ ναυκληρεῖ Διόνυσος ἐπ' οἴνοπα πόντον,
ὅσσ' ἀγαθ' ἀνθρώποις δεῦρ' ἤγαγε νηὶ μελαίνῃ.
. . . . . .
καὶ παρὰ Σιτάλκου ψώραν Λακεδαιμονίοισιν
καὶ παρὰ Περδίκκου ψεύδη νανσὶν πάνυ πολλαῖς.
αἱ δὲ Συράκουσαι σῦς καί τυρὸν παρέχουσιν
καὶ Κερκυραίους ὁ Ποσειδῶν ἐξολέσειεν
ναυσὶν ἐπὶ γλαφυραῖς, ὅτιὴ δίχα θυμὸν ἔχουσιν.

[14]) Nam pro *παρελθόντος* viri docti recte scripserunt *προσελθόντος*. Arist. *πολ. Αθ.* 26 *νεώτερον ὄντα καὶ πρὸς τὴν πόλιν οὐδὲ προσελθόντα*. Demosth. de coron. 257 *ἐπειδὴ πρὸς τὰ κοινὰ προσελθεῖν ἔδοξέν μοι.*

Verba *καὶ παρὰ Σιτάλκου* etc. pendent ex verbo *ἤγαγε*, itaque scabies a Sitalce Lacedaemoniis allata esse videtur neque recte Kockius (p. 243 fr. 63) contendit poëtam optare, ut afferatur.

Haec verba ad res bello Peloponnesio gestas pertinent, Sitalces autem, Odrysarum rex, ut Thucydides (II, 29) tradit, anno a. chr. 431 (vl. 87, 2) per Nymphodorum Abderitam cum Atheniensibus foedus fecit, idem ol. 89, 1 ineunte hieme anni 424 bello interfectus est. Phormophoros igitur non ante ol. 87, 2 (430) non post ol. 88, 4 (424) actam esse apparet. Quando vero illa scabies a Sitalce Lacedaemoniis illata sit, statui iam nequit. Neque ea, quae de Perdicca, Macedonum rege, traduntur, ad tempus fabulae definiendum magni sunt momenti. Quovis enim tempore ille Atheniensibus mendacia mittebat (Thuc. I, 50—62, II, 80, 95 - 101, IV, 78).

Magis ea, quae de Corcyraeis dicuntur usui esse possunt. Corcyraei enim anno 433 foedus cum Atheniensibus in Corinthios fecerunt, quo in foedere ad annum fere 427 permanserunt. Hoc fere tempore Corinthii eos, quos ad Sybota ceperunt, remisisse videntur. Qui cum Corinthii eis persuasissent, ut populi dominatione fracta foedus secum facerent, statim seditionem excitaverunt (Thuc III, 69 sqq.). Nam quamquam Thucydides (III, 70) nihil dicit nisi *Οἱ Κερκυραῖοι ἐστασίαζον, ἐπειδὴ οἱ αἰχμάλωτοι ἦλθον αὐτοῖς*, tamen hae seditiones sine dubio iam antea a scriptore commemoratae essent, si ante annum 427 initium cepissent. Atque per duos annos maximae Corcyrae turbae erant, quae anno demum 425 ab Atheniensibus in Siciliam navigantibus finitae sunt. Ex quo tempore Corcyraei non defecerunt. Itaque annis 426 et 425 Hermippus Corcyraeos *δίχα θυμὸν ἔχειν* dicere poterat, neque recte Wilamowitzius et Kockius fabulam anno 425 vel 424 actam esse statuerunt.

Earum comoediarum, quas Aristophanes ante annum 420 in scenam commisit, tempora nobis magnam partem nota esse supra vidimus. De fide enim fragmentorum didascalicorum in universum dubitari non potest, nam eis rebus, quae

in ipsis fabulis commemorantur, tempora argumentis indicata optime confirmantur. Una Vesparum didascalia a librariis adeo corrupta est, ut viri docti de tempore eius fabulae dubitaverint.

In libris enim manuscriptis haec exstant:

ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀμυνίου διὰ Φιλωνίδου ἐν τῇ πόλει ὀλυμπιάδι. β ἦν, εἰς λήναια καὶ ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης Προάγωνι, λεύκων πρέσβεσι τρίτος.

In hac didascalia verba sensu cassa *ἐν τῇ πόλει ὀλυμπιάδι* iam a Kaungiessero mutata sunt in *ἐν τῇ πϑ' ὀλυμπιάδι*. Olympiadis enim undenonagesimae altero anno Aminias (pro *Ἀμυνίου* enim *Ἀμεινίου* restituendum est) archon fuit. Dindorfius haec uncis inclusit verba postea inserta esse ratus. Neque enim usquam in reliquiis didascalicis olympiades ad tempus definiendum adhibentur. Hos viros editores fabularum Aristophanearum fere omnes secuti sunt ceteris huius didascaliae verbis non temptatis. Attamen etiam cetera viris doctis magnas dubitationes moverunt: maxime enim haec ab aliis fragmentis didascalicis differunt. In ceteris enim didascaliis primum nomen archontis et diei festi commemoratur, deinde locus traditur, quem poëta obtinuit. Hic omnia inter se commixta sunt, ut locum nondum sanatum esse appareat.

Et quoniam Philonides et suam et Aristophanis fabulam in scenam commisisse traditur, Brielius (De Callistrato et Philonide sive de actionibus Aristophanis. Berolini 1887) id fieri potuisse negans verba *διὰ Φιλωνίδου* eiecit. Quae coniectura certa esset, si Brielio credere possemus Aristophanem etiam in eis comoediis, quas post Equites aliis poëtis agendas commisit, de se ipso nunquam locutum esse. Iam vero Zacherus (Philologus 49 p. 313) hoc fieri potuisse ita demonstravit, ut Brielii sententia refutata mihi videatur. Idem quarto saeculo factum esse ostendit, ut ab eodem poëta eodem festo complures comoediae in scenam committerentur[15]).

[15]) C. J. A II, 2, 972

Διόδωρος δευ(τερος) Νεκρῷ

. . . . . .

Διόδωρος τριτ(ος) Μαινομένῳ.

Accedit alia quaestio. Nam Philonidis Praeludium hoc uno loco commemoratur, contra Aristophanis eiusdem nominis fabula saepius citatur. Inde complures viri docti concluserunt Philonidem et Aristophanis Vespas et eiusdem Praeludium in scenam commisisse; alii hoc loco ipsius Philonidis fabulam commemorari contendunt. Quorum sententia si vera est, sine dubio *διὰ Φιλωνίδου* delendum est, neque enim credibile est illum et suam et Aristophanis fabulam in scenam commisisse. Sed haec res mea quidem sententia ad liquidum perduci non potest, neque tamen est, quod de anno fabularum argumento Vesparum enumeratarum dubitemus. Hoc monendum est verba *β ἦν*, quae praecedunt temporis notioni, postponenda esse.

At anno 1888 van Leeuwen (Mnemosyne vol. 16 p. 251) verba *διὰ Φιλωνίδου* deleri posse negans aliam huic loco medelam invenisse sibi videtur. Nam cum sibi persuasisset Praeludium Aristophanis esse fabulam, negavit fieri potuisse, ut idem poëta per fraudem duas comoedias in scenam committeret. Quare verba corrupta ita mutanda esse, ut haec difficultas removeretur. Itaque reiecta Kaungiesseri opinione hunc in modum didascaliam constituit:

ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀμεινίου διὰ Φιλωνίδου. Εὔπολις πόλεσι δεύτερος ἦν — καὶ ἐς λήναια ἐνίκα Φιλωνίδης Προάγωνι — Λεύκων Πρέσβεσι τρίτος.

Speciosam esse hanc coniecturam concedendum est, nam Eupolidis Urbes illis temporibus actam esse mihi iamdudum constabat, neque haec verba nimis longe absunt a scriptura tradita. Tamen coniectura vera esse non potest. Nam etiamsi Praeludium ipsius Aristophanis comoediam fuisse credimus, tamen van Leeuwen eam eodem festo, quo Vespas, agi potuisse confidentius quam verius negavit. Tam pauca enim nobis de Atheniensium re scenica tradita sunt, ut prorsus nesciamus, qua ratione archon in choro singulis poëtis attribuendo usus sit. Itaque statui non potest archontem sine dubio talem fraudem cognoturum atque poëtam chorum bis petentem statim reiecturum fuisse. Immo ex iis, quae nobis

tradita sunt, potius id fieri potuisse colligitur. Neque enim ut poëtae sed ut *χοροδιδάσκαλοι* ii, qui fabulam scripserant, chorum petebant. Peracto autem certamine non de poëtarum facultate, sed de chori virtute iudicium ferebatur. Nam in fragmentis didascalicis non habemus *ὁ δεῖνα ἐποίει*, sed *ὁ δεῖνα ἐδίδασκεν* Archontis igitur non multum intererat, quis comoediam scripsisset. Chorus igitur a Philonide instructus cum Aristophanis choro certare poterat, etiamsi utraque comoedia ab Aristophane scripta erat. Quarto autem saeculo etiam complures choros ab eodem magistro instructos esse supra vidimus.

Ac tamen fortasse Leeuweno adstipulandum erat, si ullo argumento probasset Eupolidis Urbes nisi anno 422 in scenam committi non potuisse. Quamquam etiamtum Eupolidis fabulam potius eiusdem anni Magnis Dionysiis attribuere, quam argumentum Vesparum corruptum etiam magis corrumpere mallem. Nam in iis, quae van Leeuwen scribi voluit, desideratur nomen diei festi, quo comoedia acta est, neque dicitur, quem locum poëta obtinuerit. Contra eiusdem anni Lenaeis Philonidem Praeludio vicisse cognoscimus.

Iam apparet in tempore tradito comoediarum Aristophanis nihil mutandum esse. Ad tempora ceterarum eius aetatis fabularum huius poëtae indaganda summi momenti est Vesparum parabasis, de qua hoc loco accuratius agendum erit.

Atque primum de altera eius parabasis parte dicamus, in qua Aristophanes eas comoedias commemorat, quas ipse anno 423 in scenam commisit.

Itaque, postquam dixit se Cleonem aggressum esse necdum desiisse cum eo pugnare, ita pergit:

1037 *φησίνε μετ' αὐτοῦ*[16])

[16]) pro *αὐτοῦ* in versu 1057 Bentleius *αὐτὸν* scripsit, quam coniecturam Bergkius non probat, quod in Onerariis, quam fabulam hic significari putat, etiam Cleo ei irrisus esse videtur; mihi Bentleii coniectura certa videtur, ut postea apparebit.
1044 *αὐτὴν* pro *αὐτὸν* Heckerus, quod probo.

τοῖς ἡπιάλοις ἐπιχειρῆσαι πέρυσιν καὶ τοῖς πυρετοῖσιν,
οἳ τοὺς πατέρας τ' ἦγχον νύκτωρ καὶ τοὺς πάππους ἀπέπνιγον.
καὶ κλινόμενοι τ' ἐπὶ ταῖς κοίταις ἐπὶ τοῖσιν ἁπράγμοσιν ὑμῶν
ἀντωμοσίας καί προσκλήσεις καὶ μαρτυρίας συνεκόλλων,
ὥσι' ἀναπηδᾶν δειμαίνοντας πολλοὺς ὡς τὸν πολέμαρχον.
τοιόνδ' εὑρόντες ἀλεξίκακον τῆς χώρας τῆσδε καθαρτήν
πέρυσιν καταπρούδοτε καινοτάταις σπείραντ' αὐτὸν διανοίαις,
ὡς ὑπὸ τοῦ μὴ γνῶναι καθαρῶς ὑμεῖς ἐποιήσατ' ἀναλδεῖς·

Dicit igitur poëta hoc loco se anno 422 post Cleonem eos, qui patres et avos male habuissent et cives tranquillos accusationibus vexassent, petiisse. Anno autem 423 Nubes acta est, ad quam fabulam scholia haec referunt. Sed Bergkius (Meinek. II, 2, p. 1113 sqq.) hoc loco non Nubes, sed aliam quandam comoediam eiusdem anni Lenaeis actam indicari ita demonstravit, ut iam neminem de hac re dubitare arbitrer.

Hanc comoediam Bergkius sibi invenisse videtur. Putat enim Onerarias Aristophanis et anno 423 actam et in sycophantas scriptam esse, quam sententiam Wilamowitzio probavit. Anno enim 423 expeditione[17]) in Euboeam facta multum frumenti Athenas allatum esse. Titulo autem fabulae Aristophaneae eas naves onerarias dici, quae frumentum illud ex Euboea attulissent. Post illam porro expeditionem permultas de civitate actiones exortas esse, ad quas Aristophanes versu 1042 alluderet. At apud polemarchum eae causae, quae ad peregrinos vel ad cives et peregrinos pertinebant, agebantur, non *αἱ δίκαι ξενίας*. Nam qui peregrinationis accusabantur, ei usque ad causam peractam cives erant. Ipse enim Aristoteles (*Ἀθηναίων πολιτεία* cp. 59, cf. Harpocr. s. v. *δωροξενία* et *παράστασις*) suis temporibus *τὰς δίκας ξενίας* ad forum thesmothetarum pertinuisse tradit neque est, quod hoc quinto saeculo aliter se habuisse suspicemur. Neque scholiasta, quamquam ne eum quidem verum

[17]) Muellerus Strub. (Ar. u. d. hist. Kr. p. 96—105) illam expeditionem umquam factam esse negat.

invenisse arbitror, cum Bergkio consentit[18]). Itaque ex parabasi Vesparum colligi non potest eam fabulam, qua anno 423 sycophantae vellicati sunt, propter expeditionem Euboicam scriptam esse.

Iam Bergkii coniectura solo nomine Onerariarum nititur, quod nomen Kockius multo probabilius explicavit fragmento 400 (Etym. M. 619, 12), quod post Bergkii curas repertum est, cum ceteris coniuncto. Neque enim inepte coniecit iniuriis et Lacedaemoniorum et Atheniensium navibus onerariis advectis atque in trutina positis pacem factam esse. Huiusmodi fabulam in sycophantas potissimum scriptam esse haud verisimile est.

Iam quaerendum est, num qua alia fabula Lenaeis a. 423 Aristophanes sycophantas petivisse videatur. Communi autem consensu ad illa tempora viri docti Aristophanis Agricolas referunt, Plutarchi loco nixi (Nic. 8). Neque dubitabimus, quin haec fabula ad annum 423 pertineat, si demonstrari poterit Aristophanem ea sycophantas lacessivisse. Atque ex tragmentis colligitur agricolas bello fessos (106, 109) pace recuperata (107, 108, 110, 111) laetitiae indulsisse. In eiusmodi fabula sycophantis locus esse non videtur. At Wilamowitzius, quamquam Onerarias Lenaeis anni 423 actas putabat, eam viam indicavit, qua sycophantae in Agricolas induci poterant. Coniecit enim (p. 21) fortasse fragmento supra adscripto (100) nixus per *γέροντας πρεσβύτους* σφενδαμνίνους rabulas (cf 113) et sycophantas coactos esse, ut ne paci resisterent. Prima igitur comoediae parte Aristophanes omnes sycophantarum artes ita detexisse videtur, ut postea gloriari posset se illis „*ἡμιάλοις ἐπιχειρῆσαι*". Quod autem fabulam in sycophantas scriptam simul ad pacem suadendam adhibet, ex eius pacis amore optime explicari potest. Quare cum Zielinskio (Die Gliederung der altattischen Komoedie p. 106 adn.) hanc fabulam anno 423 attribuo.

Sed quamquam Holcades ex anno 423 removimus, tamen non omnino nihil de tempore huius fabulae sciri posse censemus. In primo enim Pacis argumento haec traduntur: *Οὐ τοῦτο δὲ μόνον ὑπὲρ εἰρήνης Ἀριστοφάνης τὸ δρᾶμα καθῆκεν* (codd. *τέθεικεν*), *ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἀχαρνεῖς καὶ τοὺς Ἱππέας καὶ Ὁλκάδας καὶ πανταχοῦ τοῦτο ἐσπούδακεν, τὸν δὲ Κλέωνα κωμῳδῶν τὸν ἀντιλέγοντα καὶ Λάμαχον τὸν φιλοπόλεμον ἀεὶ διαβάλλων.* Cum autem Acharnenses et Equites et Pax ante pacem Niciae quam dicunt actae sint, consentaneum est etiam Onerarias ad idem tempus pertinere, praesertim cum Lysistrata, fabula post a. 413 ad pacem suadendam scripta, non afferatur. Fabula igitur doceri potuit Lenaeis a. 426 (nam anno 427 Aristophanem duas fabulas in scenam commisisse haud verisimile est) aut in urbe a. 425, 424, 422 aut Lenaeis a. 421. Atque cum ab a. 423 ad a. 421 Aristophanem iam satis magnum numerum fabularum docuisse constet, fabula aut a. 426 aut 425 aut 421 acta videtur. Zielinskius (l. l.) Onerarias anno 425 attribuit, quod anno 424 Thesmophoriazusas primas actas esse putat, quae sententia postea refutabitur.

Iam ad alterum locum Vesparum transeamus, quo Wilamowitzius ad tempus fabularum Aristophanis definiendum usus est.

φέρε νυν κατείπω τοῖς θεαταῖς τὸν λόγον,
ὀλίγ' ἄνθ' ὑπεισπὼν πρῶτον αὐτοῖσιν ταδί,
μηδὲν παρ' ἡμῶν προσδοκᾶν λίαν μέγα
μηδ' αὖ γέλωτα Μεγαρόθεν κεκλεμμένον.
ἡμῖν γὰρ οὐκ ἔστ' οὔτε κάρυ' ἐκ φορμίδος
δούλῳ διαρριπτοῦντε τοῖς θεωμένοις,

[18]) Exstant enim in scholis haec (1042): *οὐ τοῖς πολίτας τοῦτο προσῆψεν, ἀλλὰ τοῖς ξένοις, εἰ γὰρ ξεναὶ δίκαι ἐπὶ τοῦ πολεμάρχου εἰσήγοντο, οἱ δὲ καὶ βοηθεῖας θεύμενοι ἐπὶ τὴν ἀρχὴν κατέφευγον τοῦ πολεμάρχου. ἀλλὰ καὶ οἱ κατηγοροῦντες γονέων κακώσεως πρὸς τὸν πολέμαρχον ἐδικάζοντο κἀκεῖνος ἔκρινεν.*

Quae primo loco scripta sunt, vera esse non possunt. Nam antea Aristophanes dixit: *ἐπὶ τοῖς ἀπράγμοσιν ὑμῶν.* Pronomine autem „ὑμεῖς" spectatores, inprimis igitur cives Athenienses alloquitur. Quae praeterea afferuntur, nullius pretii sunt. Nam ex ipso Aristophane desumpta esse videntur. Neque tamen intellego, cur polemarchum Aristophanes hic commemoraverit.

οὔθ' Ἡρακλῆς τὸ δεῖπνον ἐξαπατώμενος,
οὐδ' αὖθις ἐνασελγαινόμενος Εὐριπίδης·
οὐδ' εἰ Κλέων γ' ἔλαμψε τῆς τύχης χάριν,
αὖθις τὸν αὐτὸν ἄνδρα μνιωιεύσομεν.

Primum igitur duo comoediarum genera poëta enumerat, deinde ad fabulas quasdam, quae ante Vespas actae sunt, transit. Nam versibus 58—63 Aristophanem certarum quattuor fabularum argumenta vel scenas dicere Wilamowitzius demonstravit. Sed quod omnes illos versus ad proprias Aristophanis comoedias spectare contendit, errasse videtur. Luebke enim (Observ. critic. in hist. vet. Graec. comoediae Berl. 1883 p. 41) versibus 58—60 aemulorum fabulas, sequentibus 61—62 suas Aristophanem intellexisse ita ostendit, ut denuo de ea re agere supervacaneum sit. Idem verba, quae in scholiis inveniuntur, „*ἐν τοῖς πρὸ τούτου διδιδαγμένοις δράμασιν εἰς τὴν Ἡρακλέους ἀπληστίαν πολλὰ προείρηται*“, rectius de compluribus fabulis quam de fabula Aristophanea, cui inscriptum erat *Δράματα ἢ Κένταυρος* intellegi putat, quam sententiam ipsam quoque mihi probavit.[19])

Iam videamus, ad quas ipsius fabulas Aristophanes hic alludat, hoc est, qua fabula se Euripidem irrisisse indicet. Nam versibus 62, 63 Equites commemorari apparet. Ad versum 61 haec sunt in codice Veneto adnotata:

Καὶ' αὐτοῦ γὰρ καθῆκε τὰς Θεσμοφοριαζούσας. φησὶν οὖν οὐ δεύτερον ταυτολογίσω περὶ αὐτοῦ ὡς οἱ ἄλλοι. οὐ μόνον ἐν τοῖς Δράμασιν εἰσῆκται οὕτως Εὐριπίδης, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ Προάγωνι καὶ ἐν τοῖς Ἀχαρνεῦσιν.

Pro *ἐν τοῖς δράμασιν* editio Aldina habet *ἐν τούτῳ τῷ δράματι*. Wilamowitzius in dissertatione lectionem Veneti codicis secutus hoc quoque loco eam comoediam, quae Dramata vel Centaurus appellatur, ab Aristophane tangi contendit, postea in Herme (9, 330 adn.) ea sententia reiecta ad Acharnenses alludi dicit, cum duobus versibus eandem comoediam dici veri simile non sit. Cum autem versu 60.

[19]) Zielinskius l. l. p. 100 eandem sententiam explicat.

Dramatum mentionem fieri non posse viderimus, Veneti codicis lectio mutanda non videtur.

Nam facile intellegi potest ab homine historiae veteris comoediae ignaro ex verbis *ἐν τοῖς Δράμασιν* factum esse *ἐν τούτῳ τῷ δράματι*; ex hoc vero illud natum esse vix credibile est.

Sed quid inde lucramur? Recte Wilamowitzius (diss. p. 14) hic scholia optimae notae, quae ad Didymum et Alexandrinos redirent, cum talibus permixta esse dicit, quae grammaticus recentioris aetatis scripsisset usus integris fabulis eis, quas nos quoque habemus. Nam is, qui historiam comoediae diligentius perspexerat, Thesmophoriazusas hic commemorare non poterat. Apparet autem verba *οὐ μόνον* etc. non ab eodem scripta esse, qui initium scholii composuit.

At is, qui alteram huius scholii partem scripsit, nihil dicit nisi Dramatis Euripidem vellicatum esse; Aristophanem hoc loco Dramata respexisse aut hanc fabulam ante Vespas in scenam commissam esse ex verbis eius concludi non potest.

Itaque Kockius haec ad Dramata vel Niobum referre non dubitavit, quam fabulam multo post actam esse Hermanni coniectura nisus contendit. Nec tamen tam multa de Dramatis vel Centauro scimus, ut in ea fabula Euripidem irrisum non esse pro certo affirmare possimus. Haec autem fabula ante Vespas docta esse potest. Neque tamen ullo fragmento probari potest eam re vera ante annum 422 actam esse. Omnia igitur obscura sunt.

Plane diversam sententiam proponit Zielinskius (p. 99 sq.) qui cum demonstrasse sibi videatur eas, quas nos habemus, Thesmophoriazusas rectractatas esse, hoc scholio evincere studet primam huius comoediae editionem vel, ut ipse dicit, Calligeniam versu 61 ab Aristophane significari et eandem fabulam esse atque Dramata vel Centaurum. At etiamsi eas, quas nos habemus Thesmophoriazusas alteram fabulae editionem esse concederemus, tamen iudicio eius de tempore huius fabulae adstipulari non poteramus.

Tota enim eius argumentatio hoc uno scholio nititur.

60 οὔθ' Ἡρακλῆς τὸ δεῖπνον ἐξαπατώμενος,
οὐδ' αὖθις ἐνασελγαινόμενος Εὐριπίδῃ·
οὐδ' εἰ Κλέων γ' ἔλαμψε τῆς τύχης χάριν.
αὖθις τὸν αὐτὸν ἄνδρα μιτιωτεύσομεν.

Primum igitur duo comoediarum genera poëta enumerat, deinde ad fabulas quasdam, quae ante Vespas actae sunt, transit. Nam versibus 58—63 Aristophanem certarum quattuor fabularum argumenta vel scenas dicere Wilamowitzius demonstravit. Sed quod omnes illos versus ad proprias Aristophanis comoedias spectare contendit, errasse videtur. Luebke enim (Observ. critic. in hist. vet. Graec. comoediae Berl. 1883 p. 41) versibus 58—60 aemulorum fabulas, sequentibus 61—62 suas Aristophanem intellexisse ita ostendit, ut denuo de ea re agere supervacaneum sit. Idem verba, quae in scholiis inveniuntur, „*ἐν τοῖς πρὸ τούτου δεδιδαγμένοις δράμασιν εἰς τὴν Ἡρακλέους ἁπλησίαν πολλὰ προείρηται*“, recte de compluribus fabulis quam de fabula Aristophanea, cui inscriptum erat *Δράματα ἢ Κένταυρος* intellegi putat, quam sententiam ipsam quoque mihi probavit.[19])

Iam videamus, ad quas ipsius fabulas Aristophanes hic alludat, hoc est, qua fabula se Euripidem irrisisse indicet. Nam versibus 62, 63 Equites commemorari apparet. Ad versum 61 haec sunt in codice Veneto adnotata:

Καὶ' αὐτοῦ γὰρ καθῆκε τὰς Θεσμοφοριαζούσας. φησὶν οὖν· οὐ δεύτερον ταυτολογίσω περὶ αὐτοῦ ὡς οἱ ἄλλοι. οὐ μόνον ἐν τοῖς Δράμασιν εἰσῆκται οὕτως Εὐριπίδης, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ Προάγωνι καὶ ἐν τοῖς Ἀχαρνεῦσιν.

Pro *ἐν τοῖς δράμασιν* editio Aldina habet *ἐν τούτῳ τῷ δράματι*. Wilamowitzius in dissertatione lectionem Veneti codicis secutus hoc quoque loco eam comoediam, quae Dramata vel Centaurus appellatur, ab Aristophane tangi contendit, postea in Herme (9, 330 adn.) ea sententia reiecta ad Acharnenses alludi dicit, cum duobus versibus eandem comoediam dici veri simile non sit. Cum autem versu 60

[19]) Zielinskius l. l. p. 100 eandem sententiam explicat.

Dramatum mentionem fieri non posse viderimus. Veneti codicis lectio mutanda non videtur.

Nam facile intellegi potest ab homine historiae veteris comoediae ignaro ex verbis *ἐν τοῖς Δράμασιν* factum esse *ἐν τούτῳ τῷ δράματι*; ex hoc vero illud natum esse vix credibile est.

Sed quid inde lucramur? Recte Wilamowitzius (diss. p. 14) hic scholia optimae notae, quae ad Didymum et Alexandrinos redirent, cum talibus permixta esse dicit, quae grammaticus recentioris aetatis scripsisset usus integris fabulis eis, quas nos quoque habemus. Nam is, qui historiam comoediae diligentius perspexerat, Thesmophoriazusas hic commemorare non poterat. Apparet autem verba *οὐ μόνον* etc. non ab eodem scripta esse, qui initium scholii composuit.

At is, qui alteram huius scholii partem scripsit, nihil dicit nisi Dramatis Euripidem vellicatum esse; Aristophanem hoc loco Dramata respexisse aut hanc fabulam ante Vespas in scenam commissam esse ex verbis eius concludi non potest.

Itaque Kockius haec ad Dramata vel Niobum referre non dubitavit, quam fabulam multo post actam esse Hermanni coniectura nisus contendit. Nec tamen tam multa de Dramatis vel Centauro scimus, ut in ea fabula Euripidem irrisum non esse pro certo affirmare possimus. Haec autem fabula ante Vespas docta esse potest. Neque tamen ullo fragmento probari potest eam re vera ante annum 422 actam esse. Omnia igitur obscura sunt.

Plane diversam sententiam proponit Zielinskius (p. 99 sq.) qui cum demonstrasse sibi videatur eas, quas nos habemus, Thesmophoriazusas rectractatas esse, hoc scholio evincere studet primam huius comoediae editionem vel, ut ipse dicit, Calligeniam versu 61 ab Aristophane significari et eandem fabulam esse atque Dramata vel Centaurum. At etiamsi eas, quas nos habemus Thesmophoriazusas alteram fabulae editionem esse concederemus, tamen iudicio eius de tempore huius fabulae adstipulari non poteramus.

Tota enim eius argumentatio hoc uno scholio nititur.

Nam quae de Euripidis tragoediis profert, per se admodum incerta sunt. In hoc igitur scholio idem homo eandem comoediam primum Thesmophoriazusas, deinde Dramata appellasse dicitur. Eos igitur, qui Aristophanis fabulas legebant, historiae comoediae Atticae tam peritos putabat, ut statim cognoscerent ipsum duplici hoc titulo unam eandemque fabulam significare. At mirum est rei tam pervulgatae ne unum quidem vestigium praeter hunc locum ad nos pervenisse. Citatur enim ex alteris Thesmophoriazusis et ex Dramatis satis magnus numerus versuum neque tamen ullo loco indicatur hos titulos esse eiusdem comoediae, cum Dramatis saepe alter titulus sive Centaurus sive Niobus addatur. Itaque cum cetera Zielinskii argumenta hac interpretatione scholii nitantur, iam apertum esse puto eum audacius coniecisse; accedit, quod vix credibile est eandem comoediam triplici titulo inscriptam esse.

Iam videmus ad annum 422 Aristophanem praeter eas fabulas, quarum tempus nobis traditum est, Onerarias et Agricolas in scenam commisisse atque fortasse etiam Dramata vel Centaurum illis temporibus editam esse.

Praeterea complures viri docti primam Pacis editionem Dionysiis anni 422 actam esse censent[20]).

Quorum sententiae accedere non possum, sed cum Ruppersberg (Über die Eirene des Aristophanes, Saarbrücken 1888) in universum recte de ea re disputasse mihi videatur, hoc loco de quaestione sescenties tractata denuo agere nolo. Mihi enim persuasum est nos primam editionem Pacis Aristophaneae in manibus habere.

Nunc quoniam explicavimus, quas Aristophanis comoedias temporibus belli Archidamici adscribere possimus, videamus, quae ceterorum poëtarum comoediae ab anno 425 ad annum 420 actae sint. Atque reliquiis didascaliarum aut certis scriptorum testimoniis

[20]) Acerrimus defensor huius sententiae exstitit Zielinskius (Die Gliederung p. 63 sqq., qui eo loco nomina eorum, qui ante eum de hac re egerunt, indicat.

duodecim fabularum tempora nobis tradita sunt, quos fastos comicos paulum augeri posse puto. Quam ad rem parabases Vesparum et Pacis Wilamowitzio magno usui esse videntur. Sed huic sententiae adstipulari non possum. Nam quamquam ex versibus illis locis ab Aristophane prolatis haud pauca de historia comoediae recte conclusit, tamen ea, quae de tempore comoediarum quarundam Eupolidis inde colligit, stare non posse mihi videntur. In parabasi Vesparum, de qua iam antea nobis agendum erat, Aristophanes postquam splendidam victoriam, quam Equitibus ab adversariis reportaverat, magno cum gaudio commemoravit, hoc modo pergit:

ἀρθεὶς δὲ μέγας καὶ τιμηθεὶς ὡς οὐδεὶς πώποτ' ἐν ὑμῖν,
οὐκ ἐκτελέσαι φησὶν ἐπαρθεὶς οὐδ' ὀγκῶσαι τὸ φρόνημα.
οὐδὲ παλαίστρας περικωμάζειν πειρῶν οὐδ' εἴ τις ἐρασιὴς[21])
κωμῳδεῖσθαι παιδίχ' ἑαυτοῦ μισῶν ἔσπευδε (R.V. ἔσπευσε)
πρὸς αὐτόν.
οὐδενὶ πώποτέ φησι πιθέσθαι, γνώμην τιν' ἔχων ἐπιεικῆ,
ἵνα τὰς Μούσας αἴσιν χρῖται μὴ προαγωγοὺς ἀποφήνῃ.

Prima parte versus 1025 Aristophanem non se ipsum defendere, sed Eupolidi turpes puerorum amores obicere Wilamowitzius (p. 42 sq.) collatis Pacis versibus 761. 762 recte exposuit[22]). Itaque ea quoque, quae sequuntur in eundem poëtam dicta esse puto, quamquam, quae in scholiis de ea re adnotata sunt, satis obscura esse concedo. Versus autem ipsi haud facile intelleguntur. Nam olim haec ita interpretabantur, ut Aristophanes profiteretur se si amatores ab ipso petivissent, ne delicias suas vellicaret, eis non obtemperasse, ne Musas suas lenas faceret. Hanc sententiam duobus argumentis Wilamowitzius refutare conatus est. Nam neque Aristophanem carmina in exoletos scripsisse et perversum esse Musam lenam vocare, quod de rebus incestis sileret. Secundum ipsius interpretationem Aristophanes dicit se nunquam palaestras circumiisse pueros tentantem atque si

[21]) *περιῶν* Brimck, *περιὼν*, *περιὼν* libri.

[22]) cf. quae Luebkius in dissertatione de Aristophanis cum Eupolide simultatibus disseruit p. 30—48.

quis amator nolens amores suos irrideri a se petivisset, ne hoc faceret, se id omisisse non illis obsecutum, sed animi pudicitia commotum, ne Musam suam lenam faceret incestis amoribus describendis. Inde concludit Eupolin fabula in exoletos scripta Aristophani obiecisse, quod ab amatoribus corruptus non idem faceret. At hos versus ita, ut Wilamowitzius volebat, intellegi non posse iam Luebkius (p. 38) ita demonstravit, ut nihil mihi addendum videatur. Neque tamen ea, quae Wilamowitzius contra opinionem vulgarem protulit, nullius sunt momenti. Nam etsi non intellego, cur Aristophanes Musam eius poëtae, qui precibus amatoris motus amasio parcat, lenam vocare non potuerit, tamen ne mihi quidem veri simile videtur Aristophanem hic gloriari se fabulis suis pueros molles perstrinxisse.

Ipse olim Bentleium secutus versus ita explicavi: *οὐδ' εἴ τις ἐρασὴς κωμῳδεῖσθαι παιδίχ' ἑαυτοῦ ἔσπευσεν πρὸς αὐτὸν μισῶν αὐτά, οὐδενὶ πώποτε ἐπίθετο.* Sed quamquam haec sententia a verbis Aristophanis non abhorret, tamen eam iam non probo, quod Musa, quae puerum mollem amatori invisum etiam in scena perstringit, amorem illorum hominum non reconciliat. Lenae vero est hominum Veneris avidorum cupiditatem explere.

Luebkius de loco desperans ad coniecturam confugit scribens:

οὐδ' εἴ τις ἐρασὴς κωμῳδεῖσθαι παιδίχ' ἑαυτοῦ μισῶν ἔσπευσε πρὸς αὐτόν,
οὐκ ἄν ποτέ φησι πιθέσθαι,

ut haec fere sententia oriatur. Si umquam ad me amator properasset, id quod mihi accidere non potest, Eupolidi accidit, obtestans, ut parcerem amasio, equidem certe non obtemperassem, id quod de Eupolide constat. Inde concludit Eupolin pueros perstringere solitum subito hoc more destitisse ab amatore emollitum. Quam coniecturam accipere non possum, neque enim verba Aristophanis per se sensu carent, sed tam pauca de comicorum inimicitiis nobis tradita sunt, ut ea bene explicare non possimus. Ex tali autem loco nihil

de temporibus fabularum Eupolidearum disci posse mihi persuasum est. At fortasse ea, quae de comoedia Attica ex aliis fontibus haurire possumus, huic loco lucem afferunt. Nam si demonstrare poterimus Eupolin ante a. 422 comoediam in exoletos scripsisse, hos versus facilius intellegemus. Atque Wilamowitzius *Φίλους* Eupolidis et illis temporibus actam et in exoletos scriptam esse ex nomine huius fabulae concludit. Meinekii enim sententiam, qui *τοὺς περὶ τάγηνον καὶ μειρ' ἄριστον φίλους* hoc nomine significari putabat (II p. 535) Wilamowitzius improbat, primum quod nullum eius rei vestigium in fragmentis supersit, deinde quod vix credibile sit Eupolin eandem rem quam in Adulatoribus tractaverat etiam in alia quadam fabula tractasse. Nec tamen primum illud argumentum in tam exiguo numero fragmentorum multum valet neque antiquae comoediae poëtae eandem rem bis tractare veriti sunt. Ipse Wilamowitzius *Φίλοι* pro *Ἐρασταί* positum putat. Nam apud nobiles homines amatores *φίλους* nominatos esse, cuius rei testes Platonem et Xenophontem affert. Apud Platonem (Sympos. 182 c) primum *φιλίαι* ex *ἔρωτος* sicut ex aliis rebus gigni posse dicuntur, deinde *ὁ Ἀριστογείτονος ἔρως καὶ ἡ Ἁρμοδίου φιλία* discernuntur. Paulo post (183 c) *τὸ ἐρᾶν καὶ τὸ φίλους γενέσθαι τοῖς ἐρασταῖς* Plato inter se opponit. Ex his igitur duobus locis potius concludi potest amorem *τῶν ἐρωμένων* nonnunquam *φιλίαν* appelatum esse. Apud Xenophontem autem eo loco, quem Wilamowitzius citat, de amicis Socratis agitur. Quodsi fabula re vera ad puerorum amores pertinuit, plures pueros molles ab Eupolide vellicatos esse statuendum est, quod cum Wilamowitzii sententia non consentit. Ex eis autem Eupolidis fragmentis, quae disertis scriptorum testimoniis ad Amicos referuntur, nullam ad opinionem suam confirmandam Wilamowitzius adhibere potest. Quae vero ex fragmento incerto 321 concludit[23]), ea subtiliter excogitata esse concedo,

[23]) Apud Cramerum Anecd. Oxon. I, 372 haec exstant
(πόνηρος) κατὰ ψυχὴν ὀξυτόνως, ὁ δὲ κατὰ τὸ σῶμα προπαροξυτόνως. καὶ παρ' Εὐπόλιδι τὸ Φηλυκὸν πονήρα
καὶ μὴ πονηρούς, ὦ πονήρα. προξένει
τὸ μὲν πρότερον ὀξύνοντες (Wil. *ὀξύνουσιν*).

sed neque ipsius fragmenti explicatio certa est neque Wilamowitzius ulla ratione probavit ad Amicos hunc versum referendum esse. Itaque Amicorum tempus definiri non posse confitendum est.

Ea opprobria, quae Aristophanes in Vespis in Eupolin iecerat, etiam in Pace nomine illius non addito repetit. Nam Pacis parabasin fere totam in poëtas aemulos atque maxime in Eupolin scriptam esse Wilamowitzius acutissime cognovit.

Tres autem loci sine dubio ad Eupolin spectant. Primum ultimos parabasis versus in hunc poëtam dictos esse scholiasta affirmat.

762 *καὶ γὰρ πρώτιστον μὲν ἐποίησ' οὐχὶ παλαίστρας περιστοιχῶν*
παῖδας ἐπείρων, ἀλλ' ἀφάμενος τὴν σκυτικὴν εὐθὺς ἐχώρουν.

quibus versibus Aristophanes eandem rem, quam in Vespis Eupolidi obicit. Inde Wilamowitzius non male colligit Eupolin inter Vesparum et Pacis commissionem iterum victoriam nactum puerorum amoribus se dedidisse. Cum his versibus recte initium parabasis coniungit:

734 *χρῆν μὲν ὑπάρχειν τοὺς ἁβδούχους, εἴ τις κωμῳδοποιητὴς*
αὐτὸν ἐπῄνει πρὸς τὸ θέατρον παραβὰς ἐν τοῖς ἀναπαίστοις.

Nam haec in aemulum quendam poëtam scripta esse apparet nec dubium est, quin is Eupolis fuerit. Praeterea quae in *ἐπῄνει* de calvitie sua poëta dicit, propter Eupolidis maledicta proferri consentaneum est. Concludendum igitur est Eupolin in parabasi fabulae inter Lenaea a. 422 et Dionysia a. 421 actae non sine irrisione Aristophanis impudenter gloriatum

τὸ δὲ ἐπὶ τῆς προμνησιρίας διεστοιχίστες W. *διεστοιχοῦσαι*), *τῶν γὰρ τρόπων ὁριζόμενος* (W. *ὁριζεται*) *ὁ δῆμος* (W. *δῆμος*), *τῶν δ' αἰτιατικὴς* (W. *αἰτιᾶται*) *ὡς ἐν λοιδορίᾳ τῆς τύχης.*

Hic vocem *δῆμος* ad Demum, Pyrilampis filium Wilamowitzius rettulit, qui in fornice prostans *προμνησιρίαν* illam vituperaret, quod ignobiles viros ad se admitteret. cum hoc fragmento duo certa amicorum fragmenta parum probabiliter coniungit. Nam iure Kockius verba Anecd. tam graviter corrupta putat, ut nihil ex eis disci possit.

esse. Videmus Eupolin hoc temporis spatio et vicisse et gloriatum esse.

Has res Wilamowitzius ita coniungit, ut Eupolin Dionysiis anni 422 fabula quadam vicisse, Lenaeis a. 421 alia fabula hac victoria gloriatum esse iudicet. Quae sententia per se haud improbanda inscriptionibus anno 1878 in arce repertis refutatur. In eo enim indice (C. I. A II, 2, 971b), quo nomina eorum, qui certaminibus lyricis, comicis, tragicis vicerunt, poëtarum et choregorum ad annorum ordinem disposita continebantur, exstant haec verba: *ἐπὶ Ἀλκαίου ἄρχοντος*. Cum Alcaeus anno 422/1 Athenis archon fuerit, ea, quae antecedunt, ad annum 422 pertinent. Ex nomine autem eius, qui anno 422 comoedia vicit, litterae finales *ος* conservatae sunt. Itaque haec inscriptio ad Dionysia pertinet. Nam Lenaeis anni 422 Philonides vicit. Anno igitur 422 Eupolis victoriam sibi non comparavit. Anno vero 421 Eupolis Maricantem docuit (Schol. Nub. 522). Quas ob causas Eupolis in Maricante non victoria nuper parta, sed omnibus, quas usque ad illud tempus felici successu docuerat, fabulis gloriatus esse, Maricante autem vicisse videtur. Qua victoria iterum ad puerorum amores sibi conciliandos cum abusum esse Aristophanes dicit.

Iam apparet ad tempora comoediarum Eupolidearum definienda ex neutra parabasi quicquam concludi posse, nisi forte magni momenti esse videtur, quod intellegimus Eupolin inter Equitum et Vesparum commissiones fabulam quandam in scenam commisisse, qua Aristophanem aggressus est.

Ex ipsis igitur fabularum fragmentis cognoscendum erit, num praeter eas fabulas, quarum didascaliae nobis traditae sunt, aliae ad tempus, quod interest inter Lenaea anni 424 et annum 420, referendae sint. Atque ol. 88 aut 89 Urbes Eupolidis actam esse Meinekio persuasum est, cui Wilamowitzius adeo non assentitur, ut eam comoediam lubricis coniecturis ad illa tempora relatam esse contendat.

Hac fabula Atheniensium in socios iniurias vituperatas esse veri simile est. Acta autem est ante Chii defectionem

id est ante a. 412 (K. 232) Praeterea Meinekius ex fragmento quodam (211) fabulam ante a. 415 doctam esse colligit. Hoc enim fragmento Stilbides vates, quem paulo ante Niciam in Sicilia mortuum esse Plutarchus narrat, ita commemoratur, ut Athenis adfuisse videatur. Raspe autem (Diss. de Eup. Dem. et Civ. p. 84) fabulam eidem fere tempori adscribit, quo Vespae acta est. In Vespis enim Aristophanes Amyniam quendam, qui Pharsalum legatus missus erat, propter egestatem irridet:

1271 *ἀλλὰ πρεσβεύων γὰρ ἐς Φάρσαλον ᾤχει', εἶτ' ἐκεῖ*
μόνος μόνοις
τοῖς πενέσταισι ξενῆν τοῖς
Θετταλῶν, αὐτὸς πενέστης ὢν ἐλαττων οὐδενός.

Dubitari nequit, quin Amynias re vera Pharsalum legatus missus sit. Thessali enim, quibus cum Atheniensibus antiquum erat foedus, primis belli Peloponnesiaci annis a partibus eorum stabant (Thuc II, 22, III, 93). Anno vero 424 Thessalorum principes Brasidam per Thessaliam proficisci non prohibuerunt. Sed Thucydides, qui (IV, 78) haec tradit, populum Thessalorum a partibus Atheniensium stetisse addit. Itaque haud incredibile est Amyniam illis temporibus Pharsalum missum esse, ut Thessalis persuaderet, ne Brasidam per fines suos iter facere sinerent. Eandem Amyniae legationem secundum scholia ad illum Vesparum locum etiam Eupolis in Urbibus his verbis commemoravit:

χαμυνίας ἐκεῖνος ἀμέλει κλαύσεται,
ὅτι ὢν ἄχροικος ἵσταται πρὸς τῷ μορίῳ,
ὅτι θεῶν ἕνεκα ἔπλευσε, κακὸς ὢν εἰσεται.

Quae verba manifesto corrupta sunt, multasque iam viri docti emendationes tentaverunt neque tamen verum inveniri posse puto Sed ea ad legationem Amyniae pertinuisse etiam ex scholiis ad Nubes 691 apparet, ubi Eupolis *ὡς παραπρεσβευτὴν* Amyniam vellicasse traditur. Quod cum constet, verisimilius esse putabimus Eupolin hoc paucis quam multis annis post illam legationem dixisse. Anno autem 421 Urbes acta esse non videtur, quamquam Muellerus Strub.

hoc affirmat[24]): restant igitur Dionysia anni 424 et 422, Lenaeaque anni 423. Concedo hoc in coniectura positum esse, sed accedunt alia argumenta, quibus haec coniectura maxime confirmatur. In fragmentis enim Urbium eidem fere homines irridentur atque in eis fabulis, quas Aristophanes illis temporibus egit, dico Nubes, Vespas, Pacem[25]). Anno vero 425 Stratocle archonte sociorum tributa aucta sunt, quod U. Kochlerus demonstravit (Abh. der Berl. Academie 1869 p. 68, 69). Itaque verisimile est Eupolin fabulam paulo post illam auctionem tributorum in scenam commisisse. Praestat igitur Urbes anno 424 quam anno 423 vel 422 adscribere.

Anno 422 Wilamowitzius Eupolidis Auream Aetatem (*Χρυσοῦν γένος*) Dionysiis in scenam prodiisse atque primum locum obtinuisse contendit. Alteram coniecturam falsam esse vidimus; iam quaerendum est, num illo testo eam actam esse recte statuerit. Hesychius s. v. *Γαληψός* haec tradit: *παίζει μὲν Εὔπολις παρὰ τὸ λαμβάνειν, ἔστι δὲ καὶ πόλις καὶ βοιάνης εἶδος.*

Galepsus autem, urbs in Chalcidice sita, anno 424 a Brasida expugnata est (Thuc. IV, 107) Anno autem 422 Cleo eam recuperavit, unde Fritzschius (Quaest. Arist. p. 146) non male colligit haec in Cleonem dicta esse. Cuius post mortem talem iocum frigidum futurum fuisse Wilamowitzius recte iudicat. Accedit, quod tum demum similitudo quaedam verborum *Γαληψός* et *λαμβάνειν* efficitur, si futurum *λήψομαι* ad illud nomen apponitur. Praedixit igitur Eupolis Cleonem in Thraciam profectum non Galepsum, sed pecuniam capturum esse. Quod praedicere non poterat, nisi constabat Cleonem illuc navigaturum esse, quod Lenaeis anni 423 nemo scire poterat. Dionysiis igitur anni 422 Eupolin unam ex fabulis suis in scenam commisisse non sine aliqua probabili-

[24]) Fleckeisen, Neue Jahrb. 1890 p. 513sqq.
Iam supra de ea re actum est. p. 17.

[25]) Commemoratur enim Demus, Pyrilampis filius, puer propter pulchritudinem illis temporibus clarus (213). Irridentur praeterea Philoxenus, Stilbides, Hierocles, Hyperbolus.

tate conici potest. Hanc fabulam Auream Aetatem esse Wilamowitzius suspicatus est. In fragmentis enim eius comoediae Cleo ita commemoratur, ut fabulam post Sphacteriam expugnatam, ante Cleonem mortuum actam esse viri docti non inepte iudicaverint. Fabula igitur in scenam commissa est aut Dionysiis a. 424 aut Lenaeis a. 423 aut Dionysiis a. 422. Cum autem Urbes paulo post a. 425 actam esse verisimile sit, cum Wilamowitzio putabimus Auream Aetatem Dionysiis a. 422 actam fragmentumque illud apud Hesychium servatum ex hac fabula excerptum esse.

Quamquam haec in coniectura posita esse apparet: Urbes vero atque Aurea Aetas, quin annis 424, 423, 422 actae sint, mihi dubium non est[26].

Praeter Auream Aetatem Platonis Lacones anno 422 actam esse Wilamowitzius contendit argumentis a Cobeto (p. 87) prolatis nixus. In Pace enim hi versus leguntur:

700 *Τί δαί; Κρατῖνος ὁ σοφὸς ἔστιν; ἀπέθανεν.*
Ὅθ' οἱ Λάκωνες ἐνέβαλον. τί παθών; ὅτι;
Ὠρακιάσας· οὐ γὰρ ἐξήνεσχετο
Ἰδὼν πίθον καταγνύμενον οἴνου πλέων.

Sententia horum versum obscura est. Anno enim 423 Cratinus Lagoenam docuit, itaque vix ante annum 422 mortuus est. Illo autem anno Lacedaemonii in Atticam non

[26] Aliter de hac fabula Muellerus Strub. (p. 165) et Gilbertus (Beitr. zur inneren Gesch. Athens p. 123) iudicant, quorum alter anno 425, alter a. 427 eam actam esse censet. Muelleri sententiam praetermitto, quod ea coniectura nititur, quam de praefecto aerarii protulit. Ea autem coniectura a viris doctis satis refutata est. Gilbertus fragmentum 290, quo poeta Athenas urbem longe beatissimam omnium, quas Cleo regat, urbium esse atque etiam beatiorem fore cum irrisione dicit, coniungit cum fragmento 278:
ἐπειθ' ὁ κουρεὺς τὰς μαχαιρίδας λαβὼν
ὑπὸ τῆς ὑπήνης κατακερεῖ τὴν εἰσφοράν.
Hoc enim de Cleone dictum esse, qui anno 428/7 lege lata primum vectigal Atheniensibus imposuisset. Neque tamen aut hoc fragmentum in Cleonem prolatum esse aut primam, quae Atheniensibus solvenda erat, *εἰσφοράν* hic dici demonstravit. Ea vero, quae de potentia Cleonis dicuntur, multo aptius ad tempora, quae erant post a. 425, referuntur.

invaserunt. Itaque Cobetus anno 422 Platonis Lacones actam esse censet, qua in comoedia ioci tam inepti prolati essent, ut Aristophanes eam ob causam Cratinum mortuum esse fingeret (p. 87 sqq.)

Eandem sententiam olim probavi, nunc cum Luebkio (p. 29) Cobeti hoc commentum ingeniosum quidem, sed nimis artificiosum puto. Itaque hi versus aliter explicandi sunt. Duo exstant de morte Cratini testimonia, apud anon. de com. (Dübner p. XV) et apud Lucianum in Macrobiis (25), sed quae in tractatu de comoedia leguntur, fidem non habent, quod falso ex Aristophane conclusa sunt. Apud Lucianum scripta sunt haec:

Κρατῖνος, ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς ἑπτὰ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα ἔτεσιν ἐβίωσεν καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου διδάξας τὴν Πυτίνην καὶ νικήσας μετ' οὐ πολὺ ἐτελεύτα.

Primam partem huius loci magna fide dignam non esse Madvigius (Kl. Schriften p. 421 sqq.) suspicatus est. Itaque ne alteri quidem parti multum tribuemus, si alia ex Aristophanis fabulis atque ex ipsis fragmentis concludi poterunt. Atque iam Bergkius (l. l. p. 186 sqq.) Aristophanem hoc loco dicere putat Cratinum vivere, sed ingenium eius initio belli exstinctum esse. Contra Meinekius et Luebkius Cratinum re vera ante Pacis actionem mortuum, sed invasionem illam comice fictam esse iudicant. Sed quae tandem tali fictioni comica vis inest! Itaque cum aliam explicationem proferre non possim, Bergkium sequor, quamquam ne eius quidem rationem satis certam esse iudico. Neque tamen demonstrari potest Cratinum ullam comoediam post a. 422 in scenam commisisse. Nam quae Muellerus Strub. de Horis disputavit, falsa esse supra demonstravi. Quod vero Seriphios parodiam Andromedae Euripideae fuisse et Lenaeis anni 410 actam esse dicit, argumentis idoneis eam sententiam non probavit. Itaque cum Aristophanes eum iam a. 425 ut senem decrepitum perstringat, veri simillimum est eum non multo post Pacis actionem obiisse.

Iam licet transire ad alteram commentationis nostrae partem, id est ad tempus, quod interest inter annum 420 et 405, de quo temporis spatio Wilamowitzius non disputavit. In hoc tempore autem tractando summi momenti est parabasis Nubium, qua multos poëtas aemulos Aristophanes perstringit. Inter omnes autem viros doctos constat eam parabasis partem, quae proprie parabasis appellatur, in prima Nubium editione non fuisse. Quaerendum igitur est primum, quas fabulas hac parabasi Aristophanes attigerit, deinde quo tempore ipsa parabasis scripta videatur, ut earum fabularum, quae commemorantur, tempora definiamus.

A versu 518 ad 538 poëta Athenienses vehementer vituperat, quod illos *ἄνδρας φορτικούς* (dicit Cratinum et Amipsiam) sibi anteposuissent et explicat, cur Nubes iterum exhibendam statuerit. Deinde pergit:

ὡς δὲ σώφρων ἐστὶ φύσει, σκέψασθ'· ἥτις πρῶτα μὲν
οὐδὲν ἦλθε ῥαψαμένη σκυτίον καθείμενον
ἐρυθρὸν ἐξ ἀκροῦ παχύ, τοῖς παιδίοις ἵν' ᾖ γέλως·
οὐδ' ἔσκωψε τοὺς φαλακρούς, οὐδὲ κόρδαχ' εἵλκυσεν,
οὐδὲ πρεσβύτης ὁ λέγων τἄπη τῇ βακτηρίᾳ
τύπτει τὸν παρόντ' ἀφανίζων πονηρὰ σκώμματα.
οὐδ' εἰσῇξε δᾷδας ἔχουσ', οὐδ' ἰοὺ ἰοὺ βοᾷ,
ἀλλ' αὑτῇ καὶ τοῖς ἔπεσιν πιστεύουσ' ἐλήλυθεν.

Haec in aemulos poëtas scripta esse apparet, quod etiam ei, qui scholia in hos versus scripserunt, intellexisse videntur. Mea quidem sententia Luebkius (p. 46 sqq.) in universum recte de his versibus disputavit. Is enim scholiis diligenter adhibitis versus 538, 539 in Eupolidis Prospaltios, 541, 542 in Hermippum atque eius actorem Hermonem vel Simermonem scriptos esse dicit. Hoc Zielinskius (Quaest. comic. Russisches Organ für Volksaufklärung 1886 v. 248 p. 75) negat, propterea quod sibi persuasit Aristophanem,

quod comoedia eius Cratini Lagoenae et Amipsiae Conno succubuisset, ea, quae sequerentur, illis ipsis viris exprobrare, a quibus victus esset. Sed eam opinionem per se admodum incertam esse apparet; neque enim Aristophanes versu 536 demonstrare studet, cur adversarios versu 523 *φορτικούς* appellaverit. Et quoniam ne scholiorum quidem testimonia cum hac sententia consentiunt, Zielinskius et scholiastas et eorum interpretes multa ineptire contendit. Atque ut suam opinionem defendat, fragmenta quaedam Lagoenae adhibet. Versum enim, qui traditur in scholiis ad Arist. Pac. 692 (K. 196)

Ὑπέρβολον ἀποσβέσας ἐν τοῖς λύχνοισιν γράψον

ita explicat, ut Comoediam dicat Cratino suadere, ut scribat pro „*Ὑπέρβολον*“ „*ἐν τοῖς λύχνοισι.*“ Versum autem ex parte quadam fabulae desumptum esse putat, qua Comoedia ipsa Cratinum artem comicam doceret.

Ad hunc locum Aristophanem versibus 541, 542 alludere putat. Nam *τἄπη* esse tetrametros, *τὸν πρεσβυτὴν τὸν λέγοντα* alterum utrum ex adversariis agonicis, hoc est Cratinum, *τὸν παρόντα* servum esse atque verba illa, „*ἀφανίζων πονηρὰ σκώμματα*“ explicanda videri „dum frigidos iocos tollit.“ (*Ὑπέρβολον ἀποσβέσας*) At etiamsi concedimus *τἄπη* in comoedia semper de tetrametris dici, tamen etiam ad tetrametros alius cuiusdam fabulae Aristophanes respicere potuit[27]). Ut autem aliquam similitudinem inter versum Lagoenae ab ipso non inepte explicatum et Aristophanis locum efficiat, Zielinskius apud Cratinum servum vapulantem addere debet, quamquam intellegi non potest, cur servus hic vapulaverit. Praestat igitur explicatio scholiastae, qui actorem quendam Hermippi servum verberasse dicit, ut populus iocorum frigidorum ratione non habita scurrilitatem rideret. Neque ad versus, qui praecedunt, Zielinskius quicquam affert, quo demonstretur eos potius in Amipsiam quam in alium quendam poëtam scriptos esse. Itaque in verbis scholiastae acquiescendum est, quam-

[27]) Quae cum ita se habeant, hoc loco de significatione verbi *τἄπη* non agendum est.

quam ad quaestionem nostram nihil novi afferunt nisi hoc, Prospaltios ante Nubium parabasin in scenam productam esse.

Iam apertius Aristophanes postquam se semper novissima argumenta afferre neque Cleonem bis aggressum esse confirmavit, aemulos poëtas perstringit his versibus: (551 sqq.)

549 ὃς μέγιστον ὄντα Κλέων' ἔπαισ' ἐς τὴν γαστέρα,
κοὐκ ἐιὼλμισ' αὖθις ἐπεμπηδῆσ' αὐτῷ κειμένῳ·
οἵτοι δ', ὡς ἅπαξ παρέδωκεν λαβὴν Ὑπέρβολος,
ἰοῦσιν δείλαιον κολετρῶσ' ἀεὶ καὶ τὴν μητέρα.
Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστος[28]) παρείλκυσεν
ἐκσιρέψας τοὺς ἡμετέρους Ἱππέας κακὸς κακῶς,
555 προσθεὶς αὐτῷ γραῦν μεθύσην τοῦ κώρδακος εἵνεχ', ἣν
Φρύνιχος πάλαι πεποίηχ' ἣν τὸ κῆτος ἤσθιεν.
εἶθ' Ἕρμιππος αὖθις ἐποίησεν εἰς Ὑπέρβολον.
ἄλλοι τ' ἤδη πάντες ἐρείδουσιν εἰς Ὑπέρβολον,
ἰὰς εἰκοὺς τῶν ἐγχέλεων τῶν ἐμῶν μιμούμενοι.

Ad hunc locum recte intellegendum primum nobis quaerendum est de versibus 549, 550. Nam cum Aristophanes per totam parabasin glorietur se nova semper argumenta afferre, apertum est eum versibus 549. 550 dicere se post Equites Cleoni eam ob causam pepercisse, ne idem argumentum bis populo exhiberet. Sententia igitur haec est: „Postquam Cleonem Equitibus meis prostravi, non iterum ei insilui.“ Inde concludendum est Aristophanem ceteris poëtis exprobrare, quod eodem semper argumento proferendo populum enecarent. Ex temporibus autem praesentibus *κολετρῶσι* et *ἐρείδουσιν* Hyperbolum eo ipso tempore, quo Aristophanes hanc parabasin scripsit, comicis poëtis ludibrio fuisse cognoscimus. Itaque nondum in exilium missus videtur; nam exule vellicando poëtae populum delectare non poterant.

Iam videamus, quas fabulas Aristophanes hic dicat. Nominatur Eupolidis Maricas, Hermippi quaedam fabula, aliorum poëtarum comoediae. Hermippi fabulam, quae hic perstringitur, Pistrices fuisse scholiasta tradit. Sed dubium est, qui illi alii poëtae fuerint. Constat autem Platonem

[28]) *πρώτιστος* Cobetus R. *πρώτερον*, cet. codd. *πρώτιστον*.

peculiarem in Hyperbolum fabulam composuisse, quam hoc loco dici in scholiis adnotatum est, sed Meinekius ceterique, qui ante Cobetum de hac re dixerunt, hoc negabant, quod Platonis Hyperbolum post Hyperboli ostracismum scriptam esse sibi persuaserant. Atque concedendum est fieri potuisse, ut fabula quadam Hyperboli ostracismus perstringeretur. Hanc sententiam, quam etiam Zurborgius (Hermes XII p. 199) secutus est, Meinekius comprobare conatur fragmento incerto (K. 187), quod apud Plutarchum duobus locis invenimus. (Alc XIII. Nic. XI.)

καίτοι πέπραγε τῶν τρόπων μὲν ἄξια,
αὐτοῦ δὲ καὶ τῶν σιγμάτων ἀνάξια·
οὐ γὰρ τοιούτων εἵνεχ' ὅστρακ' εὑρέθη[29]).

ubi Meinekius adnotavit haec: „Ad Hyperbolum haec revocanda esse nemo dubitabit.“ At quod Plato fabulam quandam eo potissimum consilio scripsit, ut Hyperbolum irrideret, eam ob causam non omnia fragmenta, quibus idem homo commemoratur, ad eandem comoediam referenda sunt. Neque enim in solis Equitibus Cleo ab Aristophane nominatur. Itaque nisi ex eis fragmentis, quae ad Hyperbolum pertinere adscripto fabulae titulo constat, demonstratur fabulam ante illum ostracismum actam non esse, non est, quod scholio fidem denegemus. Atque ex tribus fragmentis (167, 168, 169) Cobetus (p. 140) et Kockius collegerunt in hac fabula Hyperbolum sorte senatorem factum et postea in exploratione reiectum esse. Huiusmodi fabulam post testarum illud iudicium scriptam esse veri simile non est. Nubium ergo ille locus ad Platonis Hyperbolum spectare videtur.

Inter Maricantem igitur et Nubium parabasin Hermippi Pistrices et Platonis Hyperbolus actae sunt. De Prospaltiis

[29]) 1) *πέπραχε* codd. Schaeferus *πέπραγε*
2) codd. *οὕνεκα* vel *ἕνεκα*. Kockius *εἵνεχ'*. *τῶν τρόπων* Kockius corruptum esse censet. Neque enim mores et ingenium hominis ab ipso homine discerni posse. Ipse emendat *τῶν πρωτέρων*. Nec tamen hac emendatione aptam oppositionem effici puto, sed *τρόπων* retinendum esse censeo. Sententia verborum haec est: Ita se gessit, ut e civitate eiciendus esset, nec tamen servus ostracismo dignus fuit.

autem, quam ante Nubes alteras actam esse supra vidimus, nondum constat, utrum ante an post Maricantem in scenam commissa sit. Kockius paulo post Periclis mortem eam doctam esse ex hoc scholio Platonico concludit: (Schol. Platon. 391 Bekk.).

Κρατῖνος δὲ Ὀμφάλην αὐτὴν καλεῖ Χείρωσιν, τύραννον δὲ Εὔπολις Φίλοις, ἐν δὲ Προσπαλτίοις Ἑλένην αὐτὴν καλεῖ[30]. Nec tamen haec coniectura probari potest. Nam quod Eupolis Aspasiam Helenam dixit, ideo fecisse videtur, ut belli causam eam fuisse significaret. Sed quoniam belli causas in Pace, quae fabula octo annis post Periclis mortem acta est, Aristophanes iocose exponit, non video, cur Prospaltii pluribus post eius decessum annis acta esse non possit. Atque satis multo post illud tempus hanc comoediam doctam esse puto. Nam verisimillimum est in parabasi Nubium ad dictum vel factum quoddam Prospaltiorum alludi, quod complures post annos iam nemo intellegere poterat. Nam etiamsi alterae Nubes nunquam acta est, tamen nemo dubitat, quin Aristophanes in animo habuerit eam fabulam in scenam dare. Recte igitur Wilamowitzius censet paulo ante scriptam Nubium parabasin eam actam esse. Nuper van Leeuwen (Mnemosyne 16 p. 399 sq.). Prospaltios ante Vespas in scenam commissam esse contendit. Nam quod illic *σκῶμμα ἀσελγές* vituperatur, apud Aristophanem autem in Vespis verbum *ἀσελγαίνειν* invenitur, poëtam ad illud Eupolidis fragmentum alludere arbitratur. Idem verba Aristophanis *οὐδ' Ἡρακλῆς τὸ δεῖπνον ἐξαπατούμενος* ad Prospaltios spectare putat. In Prospaltiis enim Herculem esurientem partes egisse ex verbo *Ἡράκλεις*, quod invenitur in fragmento illo supra allato, audacius quam verius concludit. Cuius rationem cum probari non posse videamus, fabulam inter Maricantem et Nubium parabasin actam esse dicemus. Nam Eupolis ab anno

[30]) Verba sic tradita sunt: *Κρατῖνος δὲ Ὀμφάλη τύραννον αὐτὴν καλεῖ, Χειρων Εὔπολις Φίλοις, ἐν δὲ Προσπαλτιοις Ἑλένην αὐτὴν καλεῖ.* quae Meinekius emendavit.

421 ad annum 422 satis magnum numerum fabularum in scenam commisit.

Vidimus adhuc tres fabulas inter annum 421 et Nubium parabasin actas esse, nec tamen accuratius tempora earum cognoscere poterimus, nisi antea definierimus, quando Aristophanes Nubium parabasin scripserit. Anno autem 420 Pherecratis *Ἀγρίους* et Eupolidis *Αὐτόλυκον* doctas esse constat[31]) Pherecratis enim Feri a Platone (327 D.) et ab Athenaeo (V, 559) Lenaeis anni 420 attribuuntur; de Autolyco non constat, quo festo docta sit. Neque enim scio, unde Wilamowitzius cognoverit eam Dionysiis actam esse.

Quare si Eupolidis Autolycum et Hermippi Pistrices Lenaeis attribuimus, etiam Prospaltios et Platonis Hyperbolum eidem anno adscribere possumus, quamquam haud veri simile est omnes has comoedias eodem anno actas esse, itaque Nubium parabasis non ante annum 419 scripta videtur[32]).

Ad terminum, post quem composita esse non potest, constituendum una Hyperboli mentio adhiberi potest. Nam ante eius ostracismum Aristophanem hos versus scripsisse vidimus. Neque tamen traditum est, quo anno Hyperbolus in exilium missus sit, itaque viri docti hunc annum coniectura consequi conati sunt, ex quibus Kirchhoffius (Hermes I p. 5) Muellerus Strub. (p. 412) Gilbertus (p. 232 sq.) historia illorum temporum diligenter examinata annum 418 probabiliter invenerunt. Veri igitur simile est Hermippi Pistrices anno 420, Platonis Hyperbolum et Eupolidis Prospaltios anno 419 actas esse, Aristophanem vero id egisse, ut Nubes a. 418 iterum in scenam committeret.

In hac Nubium parabasi Aristophanes Eupolidem aperte accusat, quod Equites ipsius exscripserit[33]). Atque in alia quadam fabula alterarum fere Nubium tempore acta Eupolis

[31]) Athen. 216d *ἐπὶ τούτου (Ἀριστίωνος) γὰρ Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον διδάξας διὰ Δημοστράτου χλευάζει τὴν νίκην τοῦ Αὐτολύκου.*

[32]) Illis fere temporibus etiam Platonis Victoriae acta est, (Cobet p. 86). Ipsum annum huius fabulae statuere non licet.

[33]) Vide Kirchhoff Hermes XIII, p. 287. Luebke p. 30 sqq.

similia convicia Aristophani fecisse videtur. In Baptis enim haec dixit (K. 78. Schol. Arist. Nub. 554):

Κἀκείνους τοὺς Ἱππέας
συνεποίησα τῷ φαλακρῷ προῖκα κἀδωρησάμην.

Baptas enim illis fere temporibus actam esse concedo, quamquam de anno, cui Meinekius eam fabulam attribuit, maxime dubito, quare de hac comoedia dicendum videtur. Compluribus autem scriptorum testimoniis traditum est Alcibiadem sociosque eius propter orgia Cotyttia hac fabula vellicatos esse. Inde facile concluditur fabulam ante annum 414 in scenam commissam esse. Neque enim credibile est eiusmodi fabulam post Alcibiadem restitutum actam esse. Ex iis autem versibus, quos supra citavimus, videmus sine dubio post a. 424 hanc fabulam in scenam prodiisse. Pertinet igitur aut ad annum 423 aut ad annos 420—415. Carent autem fabulis Eupolideis anni 418—415; itaque his annis Baptae in scenam commissa videtur.

Propter hanc irrisionem Eupolin in Sicilia ab Alcibiade in mare praecipitatum esse nonnulli scriptores narrant. (Aristid. Dind. III, p. 444 Themist. Orat. VIII, p. 110 B). Qua narratione reiecta Meinekius (I, p. 123 sqq.) tempus Baptarum hoc modo definire conatur. Primum refellit Buttmannum, qui Eupolin hac fabula de mysteriis ab Alcibiade violatis egisse, pro Cereris autem Cotyttus nomine usum esse censet. Neque enim anni 415 Dionysiis iam taxari potuisse Alcibiadis scelera, anno vero 414 eum iam aufugisse. Inde haec colligit: „Itaque nihil relinqui video nisi ut Eupolidis fabulam ol. 91, 1 ludis Liberalibus urbanis tribus ante expeditionem Siculam mensibus actam esse eiusque argumentum non in mysteriorum violatione, sed in Cotyttiorum et Alcibiadis eiusque sociorum irrisione positam fuisse statuamus."

Quodsi quaerimus, cur Meinekius eam 415 actam esse putaverit, non dubium videtur, quin eum illa de morte Eupolidis narratiuncula ad hanc opinionem adduxerit, ex qua tamen nihil de tempore concludi potest. Neque enim

demonstrari potest eum, qui illud finxit, cognitum habuisse, quo anno Baptae docta sit[34]).

At ne ipse quidem Meinekius hoc modo narratiunculam illam explicavit, sed eam ex vera de Eupolidis morte traditione, quae apud Suidam servata esset, natam esse censet. Apud Suidam enim s. v. *Εὔπολις* haec leguntur: *ἀπέθανε καιὰ Ἑλλήσποντον ἐν τῷ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμῳ καὶ ἐκ τούτου ἐκωλύθη στρατεύεσθαι ποιητήν.* His verbis Meinekius splendidissimam illam ad Cynossema pugnam significari putat, in qua magnas Alcibiadis partes fuisse constet. Si autem Eupolis proelio illo interiisset, non esse improbabile exstitisse, qui id Alcibiade machinante factum esse dicerent. Quem rumorem postea ad expeditionem Siculam translatum esse. Nec tamen hoc modo quaestionem solvi posse arbitror. Nam dubito, num illa narratio apud unum Suidam servata vera sit. Neque enim Eratosthenes ipse certiora de Eupolidis morte comperta habuisse videtur. Cicero enim (ad Att. VI, 1, 18) Eratosthenem, ut demonstraret Eupolin non esse in Sicilia interfectum, eius fabulas post ol. 92, 1 actas attulisse dicit. Quomodo autem illa narratio, quae apud Suidam servata est, orta sit, facile explicari potest. Postquam enim Eratosthenes demonstravit illum de Alcibiade rumorem falsum esse, grammatici tempore mutato mortis rationem retinuerunt. Nihil igitur de tempore, quo Eupolis mortuus est, constat.

Ad eadem fere tempora atque Baptae Pagi, clarissima Eupolidis fabula, referenda videtur. In hac fabula secundum scholia ad Aristidem (Dindorf III, 672) Solonem, Miltiadem Aristidem, Periclem ex inferis redeuntes et de re publica disserentes facit. Colloquitur autem cum Aristide Nicias[35]), unde Meinekius recte concludit Pagos non postquam Nicias in Siciliam abiisset id est non post a. 415 actam esse.

Quod vero attinet ad terminum, ante quem Pagi docta

[34]) Gilbertus (p. 242) Baptas anno 416 attribuit causis idoneis non allatis.

[35]) Fragmentum (91), quo Nicias commemoratur, Meinekius recte Pagis adscripsit, neque Muellerus Strub. (p. 287) eum refutavit.

esse non potest, nihil pro certo affirmari licet nisi eam nonnullis post Periclis obitum annis in scenam commissam esse. Neque tamen hoc termino acquiescere cogimur. Apud Aristidem enim (II, 174 Dind.) fragmentum quoddam (96) servatum est, quo Pericles interlocutorem interrogat:
ὠμὸν γάρ ἐστιν νῦν τις, ὅτῳ' ἔστιν λέγειν;
ad quae hic respondet:
Ὁ Βυζύγης ἄριστος ἁλιτήριος.

Vir igitur quidam ex gente Buzygarum tum optimus orator fuisse dicitur. Quis vero ille Buzyges fuerit, cognoscimus ex scholio ad Aristophanis Lysistratam 397 (97):

Χολοζύγης. Δημόσιράτος Βυζύγης ἐλέγετο, ὃν Χολοζύγην εἶπεν διὰ τὸ μελαγχολᾶν. Εὔπολις δὲ ἐν Δήμοις (codd. *Δήμῳ*) *μανιώδη αὐτὸν λέγει. Τί κέκραγας ὥσπερ Βυζύγης ἀδικούμενος;*

A versu enim 391 Aristophanes probulum narrantem facit, quomodo Demostrati ante expeditionem Siculam rogationes clamore feminarum Adonia celebrantium interruptae sint. Eandem rem Plutarchus in Alcibiade (18) narrat, a quo praeterea comperimus Demostratum in ea, quae de paranda expeditione erat, contione rogationem tulisse, ut praetoribus auctoritas cogendarum, quot vellent, copiarum daretur. Eandem narrationem Plutarchus in Nicia (13) et Thucydides (VI, 25, 26) nomine Demostrati omisso afferunt. Praeter hos locos nusquam commemoratur. Itaque per longum temporis spatium multum apud populum valuisse non videtur. Tum vero, cum Eupolis Pagos docuit, eum satis magna auctoritate floruisse inde videmus, quod cum irrisione optimus orator nominatur. Itaque ex hoc fragmento fabulam non multo ante annum 415 actam esse intellegimus[36]. Atque etiam ceteri viri, qui in Pagorum fragmentis commemorantur, huic tempori optime conveniunt. Laespodiam enim, Phaeacem,

[36] Couat (Aristophane et l'ancienne comédie p. 138) propter vocem *ἁλιτήριος* post scelus a Demostrato commissum, id est post expeditionem Siculam, fabulam actam esse arbitratur, quae sententia eis, quae supra disputavi, refutatur.

Cleocritum, Theagenem illis temporibus in omnium ore fuisse ex Aristophanis Avibus videmus.

Accedit, quod supra vidimus maximam partem earum fabularum Eupolidis, quarum nomina nobis tradita sunt, ante annum 420 actam esse, annis vero 418—415 unam Baptas adscribere licebat. Veri igitur simillimum videtur hanc quoque fabulam inter annos 419 et 415 actam esse. Ipsum annum Gilbertus (p. 224 sqq.) invenisse sibi videtur, qui Demos anno 419 in scenam commissam esse contendit. Quod concludit ex fragmento 100 (Schol. in Arist. 672), quo aliquis a Miltiade et Pericle petit, ne sinerent adolescentes pathicos magistratus gerere, atque ex ceteris fragmentis, quibus poëta de praetoribus adolescentibus queritur. Haec enim in Alcibiadem potissimum iacta esse censet. Anno autem 420 Alcibiades primum praetor creatus est. At cum in fragmentis nomen Alcibiadis non inveniatur, sententia Gilberti incertissima mihi videtur. Neque statuere conabimur, quo anno respublica tam afflicta fuerit, ut Eupolis nisi summis viris ab inferis revocatis eam sanari non posse crederet.

Quamquam Eratosthenis testimonio procul dubio apparet Eupolin etiam post annum 415 fabulas in scenam commisisse, tamen ex certis eius comoediis nulla est, quam illis temporibus actam demonstrare possimus. Praeter Amicos enim et alteram Autolycum tempora omnium fabularum, quarum tituli nobis traditi sunt, quodammodo definiri possunt. Amicorum vero tempus nullo modo definiri posse supra vidimus neque de tempore alterius Antolyci quicquam compertum habemus. Sed de hac fabula paucis dicendum est, cum nonnulli viri docti huius fabulae tempus invenisse sibi videantur. In scholiis enim Townleyanis ad Homeri Il. 13, 353 haec traduntur: *Τρωσὶν δαμναμένους· λείπει τὸ ὁρῶν. ἔστι δὲ τὸ τῆς φράσεως ἀρχαῖον. Εὔπολις ἐν Αὐτολύκοις·*

ἤδη γὰρ Ἀρίσταρχον στρατηγοῦντ' ἄχθομαι.

Cum sciamus ol. 92, 1 Aristarchum praetorem fuisse, Meinekius hoc fragmentum ad alteram Antolycum rettulit

atque illis temporibus eam fabulam actam esse pronuntiavit. At constituta quadringentorum dominatione Thucydides (VIII. 67, 92) novos praetores ab optimatibus creatos esse tradit, quorum in numero Aristarchum fuisse constat (VIII. 98). Neque tamen scriptor memoriae prodidit, num is iam inter eos praetores fuerit, quos populus in illum annum creavit. Itaque nihil scimus nisi eum a mense Thargelione ad initium anni insequentis praetura functum esse (Aristot. *πολιτεία* 29. 32). Per illud autem tempus neque Lenaea neque Liberalia Magna Athenis acta sunt. Neque Bergkii ratio probanda est, qui Autolycum alteram ol. 92, 2 actam esse censet, quo anno Aristarchum iterum praetorem fuisse arbitratur. Nam quamquam ex iis, qui in oligarchia praetores fuerant, Theramenem rebus mutatis eodem munere functum esse constat (Xen. Hell. I, 12, 2), tamen certissimum est Aristarchum non iterum praetorem factum esse. Aristarchus enim Oenoen castellum Boeotis prodidit neque Athenienses, quamquam ei facultatem criminis defendendi dederunt (Xen. Hell. I, 7, 29), tam clementes vel potius stultos fuisse puto, ut viro adeo suspecto iterum gravissimum munus committerent. Neque constat eum absolutum esse, cum nesciamus, num idem fuerit Aristarchus, quem Xenophon (Memor. 2, 7, 2) commemorat.

Cum fragmentum illud non ad alteram fabulae editionem referatur, etiam ex prima excerptum esse potest. Nam nomina praetorum anni 421 ignota sunt. Nihil igitur de alterius Autolyci tempore constat.

Ad ea tempora, quae Hyperboli ostracismum proxime secuta sunt, sine dubio Platonis aliqua fabula pertinet, in qua illa de testularum suffragio verba fuerunt. Hanc fabulam Clarissius (Annot. ad Thuc. B. P. epoch. p. 106) et Bergkius (Comm. de rel. Com. Att. 261, 312) invenisse sibi visi sunt. Bergkius enim Platonem ea comoedia, cui inscriptum fuit *Συμμαχία*, societatem inter Alcibiadem et Niciam ad perdendum Hyperbolum factam descripsisse et paulo post illud testarum suffragium hanc fabulam in scenam commisisse putat. Pro argumento huius sententiae fragmentum affert,

quo describitur is ludus, qui *ὀστρίνου περιστροφή* dicebatur (153). Sed nec hanc descriptionem translato sensu ad testarum suffragium referri posse nec nomen *συμμαχίας* ad pactionem illam significandam aptam esse Kockius l. l. demonstravit. Itaque etiam Cobeti sententia refellitur, qui hanc fabulam eodem anno, quo Hyperbolus in exilium missus est, actam esse censebat (p. 176). Videamus igitur, quae ex ceteris Platonis fabulis paulo post Hyperboli ostracismum scriptae esse possint. Ex comoedia, cui nomen est *Περιάλγης*, duo fragmenta ad tempus definiendum adhiberi possunt. Primum enim apud Priscianum hic versus traditur (107)

ὃς πρῶτα μὲν Κλέωνι πόλεμον ἠράμην.

Hoc fragmento Plato se primum Cleoni bellum intulisse profitetur. Apparet igitur hoc loco eos demagogos, quos Plato aggressus erat, nominatos esse. Cum autem haec verba post Cleonis mortem scripta videantur, veri simillimum est fabulam post annum 422 doctam esse. In scholiis porro ad Nubium versum 109 haec verba exstant:

Λεωγόρας δὲ τρυφερός τις, ὁ Ἀνδοκίδου πατήρ. Πλάτων Περιαλγεῖ·

Ὦ θεῖε Μόρυχε τε νῦν γὰρ εὐδαίμων ἔφυς
καὶ Γλαυκέτης ἡ ψῆττα καὶ Λεωγόρας,
οἳ ζῆτε τερπνῶς οὐδὲν ἐνθυμούμενοι[37])

Ex eis, qui hoc fragmento nominantur, Morychus ab Aristophane in Acharnensibus (887), Vespis (506), Pace (1008), Glaucetas in Pace et in Thesmophoriazusis (1033) propter vitam mollem irridetur. Eandem ob causam etiam Leogoras in Vespis illuditur. Ex huius autem viri mentione aliquid de tempore fabulae Platonicae concludi potest. Leogoras enim, Andocidis pater, anno 415 accusatus est, quod mysteria violasset et Hermas mutilasset, sed ut Andocides ipse (*περὶ μυστηρίων* 68) narrat, filii denuntiatione servatus est. Andocides autem statim post denuntiationem Athenis abire coactus est, quem utrum Leogoras secutus sit an in urbe

[37]) Cum verba versus primi ita, ut tradita sunt, bonum sensum non praebeant, Meinekio assentior scribenti: *πῶς γὰρ οὐ δαίμων ἔφυς*:

remanserit, non constat. Nam ex eo alterius Autolyci fragmento, quo Leogoras commemoratur, nihil colligi posse supra demonstravi. Sed constat anno 400, quo anno Andocides orationem de mysteriis habuit, Leogoram iam fuisse mortuum (de myster. 148). Alio vero eiusdem orationis loco demonstrari potest Leogoram iam aliquanto ante Andocidem restitutum hoc est ante annum 403 Athenis non fuisse. In paragrapho enim 146 Andocides haec dicit:

(οἱ Ἀνδοκίδου καὶ Λεωγόρου οἰκία) τοῦτ' ἦν ὄνειδος, ὅτε ἐμοῦ φεύγοντος Κλεοφῶν ὁ λυροποιὸς αὐτὴν ᾤκει.

Si autem Leogoras ipse Athenis fuisset, Cleopho eius occupare non potuit. Cleopho vero circa annum 412 ad rem publicam accessit, circa annum 408 summam auctoritatem assecutus est. His fere temporibus domum illam ab eo occupatam esse censeo. Aut igitur Leogoras anno 415 cum filio in exilium profectus est aut per tempus exilii eius mortem obiit. Ex ea enim oratione, quam anno 410 de reditu suo Andocides habuit, perspici non potest, num Leogoras iam tum mortuus fuerit. Platonis igitur Perialges sine dubio nonnullis annis ante annum 403 acta est. Atque ne post annum quidem 415 hanc fabulam actam esse puto. Nam illa accusatione et filii exilio iucundam et tranquillam Leogorae vitam haud leviter turbatam esse censeo. Itaque mihi dubium non videtur, quin per temporum rationem Perialges ea fabula esse possit, in qua illa de Hyperbolo verba erant.

Eadem est Cobeti sententia, sed is aliter de tempore iudicat (p. 173). Ex nomine enim fabulae, quo significatur homo morosus, qui demagogos aegre ferat, eam iis annis actam esse colligit, quibus lege Syracosii comoediae libertas adempta est, hoc est post annum 415. Idem sequi putat ex eo fragmento, quo Cleo nominatur. Nam Platonem, quod adversarios suos propter legem illam in scenam producere non potuisset, hominem morosum de demagogis querentem induxisse putat. Sed haec incertissima sunt, cum non satis constet, quid illa lege vetitum fuerit[38]). Nihil igitur dicere possumus

[38]) Luebkius p. 19 sqq. de ea re accuratius egit.

nisi Perialgem Platonis inter annos 420 et 415 actam esse; nam cum de tempore nonnullarum huius poëtae fabularum nihil sciamus, pro certo affirmari non potest illa de Hyperbolo verba in ipsa hac fabula fuisse.

Ex eis fabulis, quae post annum 415 actae sunt, paucarum tempora aliqua cum probabilitate definiri possunt. Nam ex solis fragmentis fabularum tempora nobis constituenda sunt, cum ex Aristophanis fabulis per hoc temporis spatium actis de ceterorum poëtarum comoediis nihil cognosci possit. Sed in ea re multum profici non poterit, nisi plura didascaliarum fragmenta Athenis invenientur. Fabulas in scenam commiserunt ea aetate Phrynichus, Eupolis, Plato, Amipsias ceterique omnes, qui ἐπιδεύτεροι antiquae comoediae vocantur. Pherecratem vero, Teleclidem, Hermippum, Myrtilum etiam his temporibus docuisse demonstrari non potest. Atque certis fragmentis didascalicis traditum est a. 414. Lenaeis Aristophanis Amphiaraum, Dionysiis eiusdem anni Amipsiae Commissatores[39]). Aristophanis Aves, Phrynichi Monotropum actas esse. Praeterea Lenaeis 405 Aristophanis Ranas, Phrynichi Musas, Platonis Cleophontem doctas esse ex argumento Ranarum cognoscimus, prior Plutus acta est anno 408[40]). Praeter harum fabularum tempora nobis etiam Lysistratae Aristophaneae annus notus est. Ex argumento enim comperimus hanc coemoediam Callia archonte hoc est anno 411 doctam esse. De Thesmophoriazusis omnino nihil traditum est, itaque multi viri docti de ea re disputaverunt, neque praeter Zielinskium quisquam dubitavit, quin aut anno 411 aut anno 410 haec fabula acta esset. Qua definitione hoc loco acquiescendum est; nam ad utrumque annum defendendum causae haud contemnendae prolatae sunt, quas si denuo examinare vellemus, longa disputatione opus esset.

[39]) Huius fabulae nullum fragmentum relictum est, unde viri docti collegerunt Amipsiam Phrynichi Commissatoribus vicisse, quae sententia demonstrari non potest.

[40]) Kock, p. 505.

Sed pauca de Triphalete Aristophanis nobis dicenda sunt, cum ex fragmentis eius fabulae coniecturam de tempore facere liceat In hac comoedia Aristarchus, de quo iam supra egimus, commemoratur neque dubium est, quin ipse ille quadringentorum virorum praetor dicatur. Apud Stephanum enim Byzantium sv. *Ἰβηρία* hi duo versus citantur (550. 551):

μανθάνοντες τοὺς Ἴβηρας τοὺς Ἀριστάρχου πάλαι.

et *τοὺς Ἴβηρας, οὓς χορηγεῖς μοι, βοήθησα δρόμῳ.*

Cum hoc loco aptissime Fritzschius (Ranae 232) locum Thucydidis (8, 98) comparavit, ubi scriptor Aristarchum nonnullos sagittarios ex barbarissimis Oenoem duxisse tradit. Apertum enim est illis Aristophanis verbis hoc factum Aristarchi perstringi. Triphales igitur post annum 411 acta est. Neque tamen ex altero versu concludi potest Aristarchum ipsum in illa fabula partes egisse. Nam, ut Denis (l. l. I, p. 496) recte monuit, poëta rem ita instituere potuit, ut alius quidam homo Aristarchi sagittariis praeesset. Sed Kockius eundem Aristarchum etiam in alio cuiusdam poëtae fragmento, quod iam Suevernius ad Triphaletem rettulit, commemorari putat. Apud Hesychium enim s. v. *ἐπὶ Φαληρέων* haec traduntur: *Τὸν Ἀλκιβιάδην φησὶν ὁ Ἀρίσταρχος ἐπὶ Φαληρέων γεγενῆσθαι.*

Pro *Ἀρίσταρχος* Suevernius (Comment. de Nubibus p 62. 65) *Ἀριστοφάνης* scripsit et hanc notam ad Triphaletem rettulit, Triphaletis nomine Alcibiadem significari ratus. Hanc sententiam Kockius comprobat neque tamen nomen *Ἀρίσταρχος* mutat. Nam hoc nomine non grammaticum, sed praetorem Aristarchum, qui in Aristophanis fabula haec de Alcibiade proferret, intellegendum esse dicit. Hanc coniecturam etsi speciosam esse confiteor, tamen nimis audacem existimo. Neque enim mos est grammaticorum locos poëtarum scenicorum tam diligenter citare, ut etiam addant, quae personae apud poëtam versus pronuntient.

Neque Suevernii sententiam probo. Nam quamquam ex comico quodam poëta haec excerpta esse patet, tamen etiam aliorum antiquae comoediae poëtarum nomina in voce

Ἀρίσταρχος latere possunt. Neque incredibile est hunc locum ex Aristarcho grammatico citatum et poëtae nomine omisso in lexica receptum esse. Hic igitur Hesychii locus ad Aristophanem referri non potest, nisi ex certis Triphaletis fragmentis demonstratur hac comoedia Alcibiadem irrisum esse. Atque concedo nemini aptius nomen Triphaleti dari potuisse quam Alcibiadi. Sed quae de Triphalete in fragmentis dicuntur, ea non minus apte ad quemvis hominem libidinosum quam ad Alcibiadem pertinere possunt. Uno fragmento ad Alcibiadem ducimur, quod traditur apud Athenaeum (12, 525a). Ibi enim multi Jones, ut puer Triphales sibi venumdetur, postulant. Inter hos etiam Abydeni commemorantur. Eodem autem loco Athenaeus Antiphontis quoddam fragmentum citat, quo is Alcibiadi opprobrio vertit, quod statim postquam sui iuris factus esset, Abydum abiisset, ut voluptatibus indulgeret. Sed hac re nihil demonstratur neque Athenaeus ipse verba Aristophanis contra Alcibiadem dicta esse adnotat. Accedit, quod Aristophanes Alcibiadi inimicus fuisse non videtur (Mueller Strub. p. 115 Couat, p. 178. 179). Raro enim in eis comoediis, quae nunc exstant, Aristophanes eum nominat neque usquam acerbius in eum invehitur. Itaque incredibile est eum post annum 411 in Alcibiadem, in quo tum omnis spes Atheniensium posita erat, integram comoediam composuisse[41]). Denique Alcibiades post reditum nec Dionysiis Magnis nec Lenaeis Athenis adfuisse videtur neque poëtam Atheniensibus fabulam probaturnm fuisse puto, si absentem vellicasset.

Alcibiadis nomen ad tempus huius fabulae definiendum adhiberi non posse videmus, sed aliud quoddam fragmentum ad hanc rem utile est. Photius enim et Suidas s. v. *τῶν ἰριῶν κακῶν ἓν* haec tradunt: *ταῦτα δὲ εἶναι λέγουσιν, ἃ Θηραμένης ὥρισε προστιμήματα. Ἀριστοφάνης Τριφάλητι·*

ἐγὼ γάρ ἀπὸ Θηραμένους δέδοικα τὰ τρία ταῦτα.

[41]) Denis I, p. 437 sqq. Aristophanem Avibus Alcibiadem aggredi contendit, quam sententiam demonstrari non posse ipse intellexisse videtur.

Haec verba ad quadringentorum illorum, qui anno 411 rerum potiti sunt, crudelitatem spectare, Fritzschius (Ran. 232) cognovit. Apud Thucydidem enim (VIII, 70) scriptum est ab illis anno 411 alios interfectos, alios vinctos, alios expulsos esse. Illo fragmento coniuncto cum eis, quibus Aristarchus commemoratur, veri simillimum fit Triphaletem non multo post annum 411 actam esse. Nulla igitur causa est, cur non cum ceteris anno 410 hanc fabulam attribuamus.

Illa autem tria mala Theramenis etiam apud alium poëtam antiquae comoediae commemorantur. Apud Polyzelum enim in Demotyndareo haec exstabant: (K. 3 Photius s. v. *τῶν τριῶν κακῶν ἕν.*)

τριῶν κακῶν γοῦν ἦν ἑλέσθ' αὐτῷ τι πᾶσ' ἀνάγκη
ἢ ξύλον ἐφέλκειν ἢ πιεῖν κώνειον ἢ προδόντα
τὴν ναῦν ὅπως τάχιστα τῶν κακῶν ἀπαλλαγῆναι.
ταῦτ' ἔστι τρία θηραμένους, ἃ σοι φυλακτέ' ἐστί.[42])

Narrat hic aliquis unum e tribus malis homini cuidam eligendum fuisse admonetque eum, ut haec tria mala maxime caveat. Videmus igitur etiam Demotyndareum post annum 411 actam esse neque Fritzschius dubitavit (R. p. 233) hanc fabulam alteri vel tertio anno ol. 92 adscribere. Sed Kockius recte vidit hoc loco non eadem tria mala atque supra dici. Neque enim Theramenes anno 411 quemquam naves prodere coëgit. Quam difficultatem ut expediamus, paulo uberius de illo proverbio disserendum erit. Ex proverbiorum collectionibus (Zenob. VI, 10, Apostol. XVI, 20, Append. IV, 85) videmus *τὰ τρία εἰς τὸν θάνατον* in proverbii usum abiisse. Quod duabus rationibus explicatur, quarum alteram hic afferimus: *ἄλλοι δὲ φασὶν ἐπὶ τῶν καταχρινομένων τῷ θανάτῳ προσεφέρετο τὰ τρία ταῦτα· ξίφος, βρόχος, κώνειον.* Quinto vero iam saeculo hoc proverbium in usu fuisse cognoscimus ex scholio Pindarico: [Ol. I, 97] *ἔνιοι δὲ ὅτι τρία λέγεται κοινῶς καὶ τὰ πρὸς τὸν θάνατον συνεργοῦντα ξίφος, ἀγχόνη, κρημνός.* Σοφοκλῆς

Λύσω γὰρ, εἰ καὶ τῶν τριῶν ἓν οἶσθα μοι.

[42]) Primum versum ita correxit Meinekius *τριῶν κακῶν ἓν ἦν . . . .* Kockius *τριῶν κακῶν ἓν γοῦν ἑλέσθαι τοὐστί . . . .* (p. 790) adhibitis coniecturis Cobeti et Herwerdeni.

Illa igitur tria mala, quae ad mortem ferebant, erant gladius, restis, venenum vel rupes. Ad similitudinem horum trium malorum tria illa Theramenis mala in proverbii usum abierunt. Ex quibus duo Polyzelus recte pronuntiat, pro tertio autem praeter exspectationem proditionem navium affert. Quod eum non facturum fuisse puto, nisi quis Atheniensis vel trierarchus vel praetor navem hostibus prodidisset. Neque quisquam hic non de navibus ad Aegos flumen proditis cogitat (Kock. p. 791). Adimantus enim solus ex praetoribus Atheniensibus a Lysandro interfectus non est. Itaque hoc fragmento Meinekii sententia comprobatur, qui in Demotyndareo populi post triginta virorum dominationem resurrectionem celebratam esse arbitratur (cf. Denis II, p. 312).

In Cothurnis Philonidis Theramenes, quem cothurnum appellatum esse constat, magnas partes egisse videtur (Bekker Anecd. I, p. 106, K. 6). Inde Hanowius (Exerc. crit. p. 19) recte collegit hanc fabulam nec ante annum 410 nec post 405 in scenam commissam esse. Praeter has fabulas non multo post annum 411 acta est Platonis Sophistae, in qua fabula Apolexis, unus ex decemvis rei publicae constituendae anno 411 creatis nominatur (Cobet. p. 186). Ultimis vero belli temporibus circa ol. 93 Aristophanis Phoenissae (Kock. p. 533) et Platonis Apparatus (Kock. p. 635, Cobet p. 51) et Sannyrionis Danae (Cobet p. 51) actae sunt.

Iam nonnullae fabulae nobis commemorandae sunt, quarum tempus accuratius definire non licet, sed quas aetate belli Peloponnesiaci actas esse ex fragmentis apparet. Atque ex priorum poëtarum fabulis Pherecratis Fugitivi bello Peloponnesio acta est. Ad hos enim Aristophanis versus (Pax 475)

οὐδ' οἵδε γ' εἶλκον οὐδὲν ἀργεῖοι πάλαι
ἀλλ' ἢ κατεγέλων τῶν ταλαιπωρουμένων
καὶ ταῦτα διχόθεν μισθοφοροῦντες ἄλφιτα.

in scholiis praeter alia, quae quoniam nullius pretii sunt omitto, adscripta sunt haec:

περὶ δὲ Ἀργείων καὶ Φερεκράτης ἐν Αὐτομόλοις
οὗτοι γὰρ ἡμῖν οἱ κακῶς ἀπολούμενοι
ἐπαμφοτερίζουσ' ἐμποδὼν καθήμενοι.

Argivi cum bello Archidamico a neutrius partibus stetissent, anno 421 foedus cum Mantinensibus et Corinthiis contra Athenienses et Lacedaemonios fecerunt. Deinde per annum 420 dubii haerent, anno vero 419 dolo Alcibiadis adducti sunt, ut cum Atheniensibus foedus facerent, quod foedus hieme 418/17 societate cum Lacedaemoniis inita ruperunt. (Thuc. V, 78.) Quapropter non ante ol. 90, 4 (416) hanc fabulam doceri potuisse Meinekius (I, p. 81) iudicat. Neque tamen ad illius foederis cum Atheniensibus facti violationem haec verba referenda esse constat, sed ex ipso illo Aristophanis loco, quem supra adscripsimus, cognoscitur etiam ante Niciae pacem Argivos *ἐπαμφοτερίζειν* dici potuisse. Haec igitur fabula ab initio belli ad annum 416 acta esse potest Nam ab illo tempore Argivi Atheniensibus fideles erant.

Eisdem fere finibus Platonis Pisander circumscribenda est. Plato enim fere ab anno 425 fabulas docuit, Pisander autem, de quo Meinekius (I, p. 77) egit, ante annum 411 illorum quadringentorum imperio deleto Deceleam ad Lacedaemonios confugit neque post illud tempus unquam eum rediisse consentaneum est. Haec igitur fabula inter annum 425 et Lenaea a. 411 acta est. Nam Dionysiis illius anni docta esse non potest, quod tum iam quadringenti illi viri rerum potiti erant. Ipsum annum huius fabulae complures viri docti invenisse sibi videntur. Meinekius (I, 178) enim ob insigne ignaviae exemplum, quod ol. 89, 3 secundum Xenophontem (Conviv II, 14) praebuit, illo anno hanc fabulam actam esse censet. Cuius sententiam Cobetus refutavit, qui anno 425 Pisandrum actam esse evincere studet. Quae ad eam opinionem confirmandam de Antiphonte et de Euathlo dicit, magni momenti non esse apparet (p. 134sqq.). Nam nec Euathlum paulo post annum 425 mortuum esse nec Antiphontem post illum annum ob lucri cupidinem vellicari non potuisse demonstravit. Tertio loco ad sententiam evincendam fragmentis 99, 100 K. utitur, quibus Platonem Aristophani obicere putat, quod suas fabulas per alios poëtas doceret. Inde concludit fabulam anno 425 actam esse. Nam post

Equites suo nomine actam Aristophanem propter eam rem vellicari non potuisse. At Aristophanes etiam post annum 425 fabulas aliis poëtis docendas tradidit neque credibile est Aristonymum et Sannyrionem, qui idem ei obiecerunt, iam ante annum 424 fabulas docuisse.

Denis (p. 264) Pisandrum anno 411 adscribit, quod illo demum anno Pisander tantam auctoritatem assecutus esset, ut comoedia integra vellicari posset, quam sententiam idoneis argumentis non probavit. Confitendum igitur est cum Wilamowitzio (Hermes XII, p 335 adn. 16) huius fabulae Platonicae tempus accuratius definiri non posse.

Praeterea Sannyrionis Risum et Aristonymi Solem frigentem belli Peloponnesii temporibus actas esse veri simile est; nam in his fabulis poëtae Aristophanem irriserant, quod suas fabulas aliis venderet (Schol. Plat 331 Bekk.) Theopompi autem Pueros, Strattidis Anthroporrhaisten, eiusdem Potamios belli temporibus actas esse iam Meinekius demonstravit (I, p. 224, p. 233, p. 241).

Es eis autem Aristophanis fabulis, quarum tempora angustioribus finibus circumscribere non licet, sine dubio bello Peloponnesio actae sunt, Heroes, Horae, Telmessii, Insulae, Pax altera. In Horis enim et Telmessiis Chaerephon commemoratus erat, ut ex scholio ad Plat. apolog. p. 331 B. ubi Socrates Chaerephontem inter 403 et 399 mortuum esse dicit, cognoscimus. In Heroibus Diitrephes quidam vellicatus erat (schol. ad. Av. 798), quem belli Peloponnesii temporibus copiis Atheniensium praefuisse constat (Thuc. VII, 29), quamquam ex eius mentione accuratiora de tempore concludi non posse Kockius (p. 469) demonstravit. Pax porro altera et Insulae ante annum 404 in scenam commissae sunt, quod utraque fabula Atheniensibus pax suadetur (Pax, 294, 295 Insul. 387.) De Tagenistarum tempore nihil scimus, neque enim Kockius (p. 516) eam fabulam in Alcibiadem scriptam esse demonstravit. Senectutem vero post bellum Peloponnesium actam esse demonstravit C. Wachsmuth (Rh. Mus. 34 p. 614).

Iam eas fabulas enumerabimus, de quarum temporibus aliquid sciri posse statuimus.

Acta esse videtur
Cratini Archilochi paulo post 450 p. 9
Thressae 443 p. 9
Ulixes 440—437 p. 9
Nemesis 429 p. 12
Horae 428—426 p. 17
Χειμαζόμενοι 425 L. | *Σάτυροι* 424 L. | *Ηειόνη* 423 D. | p. 11[43].
Pherecratis *Ἄγριοι* 420 p. 43
Fugitivi 430—416 p. 55
Hermippi Parcae vel Milites 430 p. 12
Phormophori 426—425 p. 18
Pistrices 420 p. 43
Philonidis *Προάγων* 422 L. p. 20
Cothurni 410—405 p. 55
Phrynichi *Μονότροπος* 414 D. | *Μοῦσαι* 405 L. | p. 51
Eupolidis Centuriones 429—427 p. 12
Caprae 429—424 p. 15
Imbelles 429—421 p. 16
Νουμηνίαι 425 L. p. 11
Urbes 424 D. p. 33
Aurea Aetas 422 D. p. 35
Κόλακες 421 D. p. 11
Μαρικᾶς 421 L. p. 11
Αὐτόλυκος α 420 p. 43
Prospaltii 419 p. 43
Baptae 418—415 p. 44
Pagi 419—415 p. 45
Aristophanis *Ἀμφιάλῃς* 427 p. 11
Βαβυλώνιοι 426 D. p. 11
Ἀχαρνῆς 425 L. p. 11

[43] Earum fabularum, quarum tempora tradita sunt, nomina Graecis litteris scribimus.

Ἱππῆς 424 L. p. 11
Naves onerariae 426—424 p. 25
Agricolae 423 L. p. 24
Νεφέλαι 423 D. p. 11
Σφῆκες 422 L. p. 11
Εἰρήνη α 421 D. p. 11 p. 28
Ἀμφιάραος 414 L. p. 51
Ὄρνιθες 414 D. p. 51
Ἀνσισιράτη 411 p. 51
Thesmophoriazusae 411—410 p. 51
Triphales 410 p. 52
Plutus I 408 p. 51
Phoenissae 407—405 p. 55
Βάτραχοι 405 L. p. 51
Heroes. Horae. Telmessii. Insulae, Pax altera aetate belli Peloponnesii p. 57
Platonis Hyperbolus 419 p. 43
Victoriae post 421 p. 43 adn. 32
Perialges 420—415 p. 49
Sophistae 410—408 p. 55
Apparatus 407—404 p. 55
Κλεοφῶν 405 L. p. 51
Pisander 425—411 p. 56
Sannyrionis Danae 408—405 p. 55
Aristomenis *Ὑλοφόροι* 424 L. p. 11
Amipsiae *Κόννος* 423 D. p. 11
Funda 428—426 p. 18
Κωμασταί 414 D. p. 51
Leuconis *Πρέσβεις* 422 L. p. 11
Φράτερες 421 D. p. 11
Sannyrionis Risus, Aristonymi Sol Frigens, Theopompi Pueri. Strattidis Anthroporrhaistes et Potamii belli Peloponnesii aetate p. 57.

anno a chr. n.	olympiade	ἐπὶ ἄρχοντος					
430	87,2	Εὐθυδήμου		Hermippus Parcis vel Militibus			
429	87,3	Ἀπολλοδώρου		Cratinus Nemesi	Eupolis Centurionibus		
428	87,4	Επαμεινονος					
427	88,1	Διοτίμου		Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν		Cratinus Horis Amipsias Funda	Capris
426	88,2	Εὐκλέους	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις			
425	88,3	Εὐδοδήμου	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	1) Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν 2) Κρατῖνος Νειμαζομένοις 3) Εὔπολις Νουμηνίαις		Hermippus Phomophor.	Eupolis Imbellibus
424	88,4	Στρατοκλέους	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	1) Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν 2) Κρατῖνος Σατύροις 3) Ἀριστομένης ιψ λοφόροις Eupolis Urbibus		Aristoph. Onerariis	
423	89,1	Ἰσάρχου	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	Aristophanes Agricolis 1) Κρατῖνος Πυτίνῃ 2) Ἀμειψίας Κόννῳ 3) Ἀριστοφάνης Νεφέλαις			
422	89,2	Ἀμεινίου	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	1) Φιλωνίδης Προάγωνι 2) Ἀριστοφάνης Σφηξίν 3) Λεύκων πρέσβεσιν 1) . . . . ος Eupolis Aurea Aetate			
421	89,3	Ἀλκαίου	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	1) Εὔπολις Μαρικάντι 1) Εὔπολις Κόλαξιν 2) Ἀριστοφ. Εἰρήνῃ πρώτῃ 3) Λεύκων Φράτερσιν			
420	89,4	Ἀριστίωνος	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	Φερεκράτης Ἀγρίοις Εὔπολις Αὐτολύκῳ Hermippus Pistricibus			
419	90,1	Ἀστοφίλου	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	Eupolis Prospaltiis Plato Hyperbolo	Plato Perialge. Victoriis		
418	90,2	Ἀρχίνου					
417	90,3	Ἀντιφῶντος		Eupolis Baptis, Pagis			
416	90,4	Εὐφήμου					
415	91,1	Ἀριμνήστου					
414	91,2	Χαβρίου	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	Ἀριστοφάνης Ἀμφιαράῳ 1) Ἀμειψίας Κωμασταῖς 2) Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν 3) Φρύνιχος Μονοτρόπῳ			
413	91,3	Πεισανδρου					
412	91,4	Κλεοκρίτου					
411	92,1	Καλλίου	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ	Aristophanes Thesmophoriazusis I		
410	92,2	Θεοπόμπου		Aristophanes Triphalete			
409	92,3	Ἰλαυκίππου				Plato Sophistis	Philonides Cothurnis
408	92,4	Διοκλέους		Ἀριστοφάνης Πλούτῳ			
407	93,1	Εὐκτήμονος					
406	93,2	Ἀντιγένους					Aristophanes Phoenissis
405	93,3	Καλλίου	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	1) Ἀριστοφάνης Βατράχοις 2) Φρύνιχος Μούσαις 3) Πλάτων Κλεοφῶντι			Plato Apparatibu Sannyrio Danae
404	93,4						
403	94,1	Εὐκλείδου					

Eas fabulas, quarum tempora non accuratius definiri poterant, hic non commemoravimus.

anno a chr. n.	olympiade	ἐπὶ ἄρχοντος					
430	87,2	Εὐθυδήμου		Hermippus Parcis vel Militibus			
429	87,3	Ἀπολλοδώρου		Cratinus Nemesi	Eupolis Centurionibus		
428	87,4	Επαμείνονος					
427	88,1	Διοτίμου		Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν		Cratinus Horis Amipsias Funda	Capris
426	88,2	Εὐκλέους	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις			
425	88,3	Εὐδοδήμου	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	1) Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν 2) Κρατῖνος Νειμαζομένοις 3) Εὔπολις Νουμηνίαις		Hermippus Phomophor.	Eupolis Imbellibus
424	88,4	Στρατοκλέους	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	1) Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν 2) Κρατῖνος Σατύροις 3) Ἀριστομένης ιψ λοφόροις Eupolis Urbibus		Aristoph. Onerariis	
423	89,1	Ἰσάρχου	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	Aristophanes Agricolis 1) Κρατῖνος Πυτίνῃ 2) Ἀμειψίας Κόννῳ 3) Ἀριστοφάνης Νεφέλαις			Eupolis
422	89,2	Ἀμείνιου	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	1) Φιλωνίδης Προάγωνι 2) Ἀριστοφάνης Σφηξὶν 3) Λεύκων πρέσβεσιν 1) . . . . ος Eupolis Aurea Aetate			
421	89,3	Ἀλκαίου	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	1) Εὔπολις Μαρικάντι 1) Εὔπολις Κόλαξιν 2) Ἀριστοφ. Εἰρήνῃ πρώτῃ 3) Λεύκων Φράτερσιν			
420	89,4	Ἀριστίωνος	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	Φερεκράτης Ἀγρίοις Εὔπολις Αὐτολύκῳ Hermippus Pistricibus			
419	90,1	Ἀστοφίλου	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	Eupolis Prospaltiis Plato Hyperbolo	Plato Perialge. Victoriis		
418	90,2	Ἀρχίνου					
417	90,3	Ἀντιφῶντος		Eupolis Baptis, Pagis			
416	90,4	Εὐφήμου					
415	91,1	Ἀριμνήστου					
414	91,2	Χαβρίου	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	Ἀριστοφάνης Ἀμφιαράῳ 1) Ἀμειψίας Κωμασταῖς 2) Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν 3) Φρύνιχος Μονοτρόπῳ			
413	91,3	Πεισάνδρου					
412	91,4	Κλεοκρίτου					
411	92,1	Καλλίου	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ	Aristophanes Thesmophoriazusis I		
410	92,2	Θεοπόμπου		Aristophanes Triphalete			
409	92,3	Ἰλαυκίππου				Plato Sophistis	Philonides Cothurnis
408	92,4	Διοκλέους		Ἀριστοφάνης Πλούτῳ			
407	93,1	Εὐκτήμονος					
406	93,2	Ἀντιγένους					Aristophanes Phoenissis
405	93,3	Καλλίου	ἐς Λήναια ἐν ἄστει	1) Ἀριστοφάνης Βατραχοῖς 2) Φρύνιχος Μούσαις 3) Πλάτων Κλεοφῶντι			Plato Apparatibu Sannyrio Danae
404	93,4						
403	94,1	Εὐκλείδου					

Eas fabulas, quarum tempora non accuratius definiri poterant, hic non commemoravimus.

Vita.

Natus sum Joannes (Hans) Adolfus Guilelmus Zelle die quarto decimo mensis decembris a. 1859 Greifenbergae, in oppido Pomeraniae, patre Georgio, linguae Graecae atque Latinae praeceptore, quem anno 1888 morte mihi ereptum esse doleo, matre Mathildi e gente Becker. Fidei addictus sum evangelicae. Anno 1861 pater aurium hebetudine coactus munere se abdicavit Berolinumque transmigravit. Ibi a parentibus litterarum elementis imbutus anno 1868 gymnasium Guilelmicum Berolinense adii, cuius inter discipulos per novem annos fui. Auctumno anni 1877 maturitatis testimonio instructus civibus Universitatis Fridericae Guilelmae rite adscriptus sum, philologiae et historiae operam daturus. Vere anni 1878 Gryphiswaldiam me contuli, unde auctummo anni 1879 Berolinum redii; ibi iterum per biennium scholis virorum doctorum interfui. Docuerunt me Kiessling, Susemihl, Ulmann, de Wilamowitz-Moellendorf Grypiswaldenses; Berolinenses Curtius, Huebner, Kiepert, A. Kirchhoff, Lasson, Lazarus, Robert, Scherer, de Treitschke, Vahlen, Zeller. Kiessling et de Wilamowitz ut proseminario philologico, Huebner, ut philologicis, Kirchhoff ut epigraphicis, Robert ut archaeologicis exercitationibus interessem, benigne permiserunt.

Quibus omnibus viris optime de me meritis gratiam semper habebo quam maximam.

Examine pro fac. doc. mense decembri anni 1882 superato ab anno 1883 ad annum 1890 munere praeceptoris auxiliarii functus sum, anno 1890 praeceptor ordinarius gymnasii Gallici Berolinensis sum constitutus.

04339452

880.121
Z

PDETAL